

En lector cādide dispu-
tatiões Collationales Docto-
ris subtilissimi ac Theolo-
gorū principis Joannis
Duns Scoti ord. mi-
norū: pristine salu-
ti restitute: no-
uiterq̄ im-
presse.

*

¶ Reuerẽdissimo sacre Theologie magr̃o Angelo aretino dei grã seruorũ ordinis Generali bñ merito frater Romulus Laurẽtianus florẽtinus seruita humillimus seru⁹ sese supplex cõmẽdat.

Latebat & apertum erat hoc opus: apertũ quidem quum nulli sacrarum literarum experto ob autoris excellentiam esset abditum: latebat demum q᷑ sine frontispicio et absq; tituli magnificẽtia in hominum manus prodiret: immiscebatur etenim ceteris tam illuculẽter Scoti operibus vt qui eorum liminares paginas intuerentur: nullam huius mentionem inuenirent: id ego ipe egre ferens: & q᷑ minus honorifice tractaretur: q᷑q; nullius auspicio egrederetur: volui quo carebat honore spectatissimum reddere. Nec minimum laboris assumpsi: quum mendis q̃plurimis scatens opusculum in veram sanitatem reduxi: tuoq; nomini dicaui: vt tanto patrocinio tuum ab omnibus denuo reciperetur: nec mihi iccirco arrogem: quando innumeros esse censeã: q̃ maiore cura feliciore ingenio hoc curare potuissent: nõ curabatur: succurri sine tituli prefatione vagabatur: addidi. absq; nuncupatura prodierat. Te vnicum nostri seculi lumen huic operi delegi cuius auspicio celeste hoc opusculum & cui nõ facile par inuenias omnibus esset gratissimum. Uale.

¶ Quintiani stoe poete laureati de Romulo ad lectorẽ carmen.

¶ Sit licet igniuomis creberrima fama pyropis:
  Et magnum innumeris nomen iaspidibus.
Nullus honos tamen est geminis tellure sepultis.
  Nec retinet formam bractea operta suam.
Sic licet istud opus sua nomina promeret ingens
  Impleretq; suis climata nominibus.
Romulus huic nomen maius dedit: inclyta postq;
  Eduxit titulis dogmata digna suis.
Addidit huic operi frontem: mendosa refecit
  Uerba opus actutum candide lector habe.
Dat tenebris lucem: mollit predura: serenat
  Obscura: irradiat nubila: saxa domat.

¶ Doctoꝝ subtilissimi ac Theologoꝝ principis Joānis Duns Scoti ordinis minoꝝ Collationes seu disputatiões feliciter incipiunt.

Collatio. I.

Utrum tantū sit vna prudētia respcū oim agibiliū ita ꝙ ad dirigendū oēs actus morales i suos fiens sufficiat vna prudētia specie: vr̄ ꝙ sic qđ declarat̄ tripl'r. Pͥo ex pte obiecti sic qm̄ ex pte obiecti hābētis vnā rōnē formalē obiectiuam est tm̄ vnus habitus: ſ3 rō obiectiua obiecti prudētie ē tm̄ vna que est bonū humanū ordinabile ɓm rōnē rectam in finē debitū: ergo prudentia est tm̄ vna specie dirigēs circa oēs actus virtutū moralium.

Preterea hoc scđo declarat̄ ex parte pͥcipij practici: qm̄ prudētia presupponēs ipsū primū principiū practicū agibiliū ad tot scđm vnitatē suā se extendit ad quot se extēdit illud principiū practicū: qꝛ intellect⁹ scđm habitū prudētie elicit syllogizādo ex primo principio practico oēs conclusiones agibiliū: sed primum principium agibiliū se extendit ad oēs cōclusiones agibilium ergo respectu omniū agibiliū sufficit vnā prudentiā specie ponere.

Preterea tertio hoc declarat̄ ex parte vnitatis attributiōis qm̄ q̄uis sint diuersa agibilia circa q̄ dirigit prudētia monastica tñ oia hñt attributionē ad vnū finē. Nā in agibilib⁹ est aliqđ vnum qđ est alioꝝ finis ꝓpter quē oīa alia agibilia sunt ⁊ ad quē ordināda sunt ideo ꝑ hāc vnitatē attributiōis ad aliqđ vna prudētia vnitatē specificā sortit̄. Sꝫ ɔtra rōnē primā arguit̄ sic. Qñcunq3 aliqua plura hñt aliquā vnā rōnē ad quā ɔueniūt ⁊ diuersas rōnes formales quib⁹ in speciali specie differunt sicut de illis est vnus habitus vt vna scientia ɓm illā rōnem communem in qua ɔueniūt ita de illis sunt diuersi habit⁹ vt diuerse scientie prout formaliter ⁊ specifice differūt: sicut de omnibus scibilibus inq̄ꝫtum cōueniūt in ratione entis est vna sciētia communis vt metaphysica. ita etiā de scibilibus diuersis ꝓut differunt ɓm rationes suas formales sunt diuerse sciētie ⁊ diuersi habitus pticulares: ſ3 agibilia circa q̄ sunt ꝟtutes morales q̄uis ɔueniūt in rōne aliqua cōmuni vt in rōne boni humani tñ differunt per ratiōes suas formales quib⁹ specifice differunt. Aliud est eñ bonum humanū in quod inclinat tēperātia ⁊ aliud ad qđ inclinat fortitudo. aliter eñ nō eēnt diuerse virtutes specie. ergo licet respectu omniū agibilium vt ɔueniunt in ratiōe boni cōis ponat̄ vna prudētia tñ respectu agibiliū ꝓut specie differūt scđm rōnes formales agibilis: opꝫ ponere diuersas prudētias. ¶ Preterea ad ɔfirmationē isti⁹ rōnis arguit̄ sicut minor diuersitas obiectoꝝ sufficit ad variationē habitus: ibi maior diuersitas sufficiet ad diuersificandū habitū. ſ3 minor est diuersitas totius vlis a pte subiectiua q̄ toti⁹ integralis a sua parte: ſ3 diuersitas pri

ma sufficit ad diuersificādū habitus formalr: sicut aliꝰ ē habitꝰ de corpe mobili simplr ⁊ aliꝰ ē hitꝰ de corpe mobili ad locū vl' ad formā igit cū bonū spālevt bonum vniꝰse hēat ad bonum cōe sic ps itegralis ad totū itegrale diuersa ci agibilia sūt ptes vniꝰ bōi totalis hūani alia ē prudētia formalr respcū obi pticularis agibilis et respcū boni hūani singularis vl'
6. eth. saltē cū piꝰ differat vnū bonū agibile ab alio ꝙ totū vl'e a ptīculari alius est habitꝰ prudētie respcū vnius boni agibilis ⁊ respcū alterius. ¶ Preterea si bonū agibile fʒ rōnē rectā sit obm prudētie ꝙ vbi ē aliō obʒ formale prudētie ibi erit alia prudētia spē: sed fm phm. 6. ethicoꝝ ꝯparantē prudētiā ad artē ⁊ sciētiā ipa est pceptiua respcū artis scie: obiectū vero scie quātūcūqꝫ (ꝗcqd sit de se factibile qȝ ē obʒ artis) est aliō obiectuʒ formali ab obiecto agibili qȝ hʒ rōnē oppositā: qm̄ agibile est ꝯtigens: obiectū ꝟo scie est necessarium: ꝙ nō respectu olm diri gibiliuʒ est vna prudētia specie. ¶ Preterea sicut prudentia est habitus inclinans ad ꝯsiliandū de ꝟo agibili ꝯplexo ꝯtigenti ita scia est habitꝰ ad speculandū de ꝟo ꝯplexo necessario nō agibili. sed sub scia ꝯsiderante de aliquo obiecto in cōi de quo ostēdit passionē in cōi sunt diuerse scie ⁊ diuersi habitus respectu diuersaꝝ ꝯclusionum specie differentium ⁊ quot sunt diuerse ꝯclusiones tot sunt diuersi ahbitus specifici respectu earundeʒ vt pbabo igit cuʒ sub bono vna agibili humano i cōi sint diuersa agibilia specie differentia respectu eoꝝ erūt diuerse prudētie differētes. Dicit

nor pbat p hoc: qꝛ cū scia vnius ꝯclusiōis i scientia naturali stat ignorantia dispōnis de alia ꝯclusione. Unde cum scia de corpore mobili ad formaʒ stat ignorātia de corpe mobili ad locū vt de corpore celesti. Un̄ etiam phs bn̄ tradens sciam circa aliq̄ naturalia errauit ⁊ errat i dispōnis ignorātia circa q̄dam alia vt Auerrois Auer. circa animā humanaʒ sʒ ad hoc ꝙ sit ignorantia dispōnis de aliqua ꝯclusiōe amota ab itellectu alicuius opʒ ꝙ hoc fiat p habitū scie icōpossibilē ei. si igit habitꝰ scie de aliqua vera ꝯclone sit idē cuʒ habitu scie de ꝯclone de qua habebat ignorantia dispōnis sequit ꝙ idem habitꝰ sit ꝯpossis ⁊ i cōpossis ignorātie dispositionis vnius ꝯclonis qȝ est ipossi. qꝛ tūc idē posset esse ⁊ nō esse. ¶ Preterea cuʒ notitia alicuius vniu'i stat ignorantia eiusdem in pticulari qm̄ fm phm ꝯtigit scire oēm mulam esse sterilem ⁊ tn̄ ignorare in vtero hanc hēre si igit prudētia q̄ habitus est cognitiua habeat p suo pmo obiecto bonuʒ humanuʒ agibile in vniuersali cū hitu talis prudentie stabit ignorātia in dirigēdo esse hoc bonū agibile vt circa bonū temperātie. Cū ꝙ nō sit aliqꝭ prudēs nisi q̄ bn̄ agere hʒ. i. in dirigendo circa. a. bonū opʒ in pticulari circa qȝ hr̄e pōt aliq̄d habituʒ prudētie ⁊ tn̄ nō recte dirigit circa agibile. b. in pticulari: sequit ꝙ non est vnus habitus prudentie respcū olm pticulariū agibiliū. Dicit ꝙ de scibilibus vt inter se distinguūt formalr ⁊ vt ꝯueniūt in vna rōne obiectiua scie communis ex vna pte ⁊ agibilibꝰ diuersis fm spēm ⁊ vt cōueniūt i rōne boni cōis ex alia

pte. Nō est simile q: obiecta spā-lia specifice dria pter hoc φ cōueniūt i vna rōne obiectiua cōi fm quā de eis ē vna scia cōis hñs diuersas rōnis obiectiuas formalr diuersas: pp̄ter quas de eis possunt esse diuerse scie spāles pter cōem: sʒ agibilia spē diuersa pter hoc φ ꝯueniūt in rōne boni hūani nō hñt diuersas rōnes obiectiuas respectu prudētie: q: ex hoc est aliqđ obiectū prudentie: q: hʒ rōnem boni psuasibilis a rōne. ꝛ hec rō eiusdē rōnis īuenit i obiecto tēperātie sicut in obiecto fortitudinis. Vñ agibilia diuersa in quantū specifice differūt tm̄ sunt diuersa obā materialia et respectu prudētie ꝛ nō formalr diuersa ꝛ iō sicut vna logica pt dirigere in sillogizatione circa materiā grāmatice ꝛ geometrie ꝛ circa obiecta oim sciētiarū q̄ nō sunt nisi materialia respcū logice sic vna prudētia pt diligere circa oīa agibilia in actib⁹ virtutū moraliū: q̄ oia vt ꝯueniūt in vna rōne boni hūani sunt obm formale ipsius prudētie. Contra. obm tēperātie fm qđ est obm ei⁹ est agibile formalr distinctū ab obo fortitudis vt obm ei⁹ est alr eēt tēperātia ꝛ fortitudo nō eēnt diuerse ꝟtutes formalr distincte si igr̄ p cōparatione ad prudētiā nō eēnt formaliter disticta obiecta: sʒ tm̄ materialr sequeret φ sub alia rōne eēt aliqđ agibile obiectū prudētie ꝛ tēperātie: ꝛ p ꝯñs ex directiōe prudentie circa obiectū temperātie nunꝗ̄ tēperatus recte ꝑ se eligeret p virtutē tēperātie: sʒ si directe eligat hoc erit p accidēs cum prudentia non dirigat circa agibilia vt sunt obiectū formalr tēperātie: sʒ tm̄ materialr. ¶ Contra scđam rōnē positiōis arguit sic. si pp̄ter hoc est tm̄ vna prudētia fm spēm respectu oiu agibiliū: q: ē vnū pncipiū practicū circa finē vltimū ex quo deducunt p habitū prudētie ꝯclōnes circa oīa agibilia tūc tm̄ erit vna scia de oibus scibilib⁹: q: est tm̄ vnū pmū pncipiū a quo depēdēt oēs ꝯclōnes oim sciaꝝ. Sed dr φ nō est simile q: pmū pricipiū in sciētys speculabilibū pticulat: et qñ sic pticulat vnū nō dependet ab alio ꝛ iō sunt diuerse scie. nūc aūt lʒ pmū pncipiū practicū circa finē cōeʒ pticulet a prudētia syllogizādo ꝛ cōsiderādo circa ea que sunt ad finē hui⁹ ꝟtutis. hoc tn̄ est cū prudētia ad pncipiū particulatū circa finē alteri⁹ ꝟtutis cū ꝟtutes sint cōnexe i prudētia: ita φ ipo∫e sit hr̄e prudētiā circa ea q̄ sunt ad finē hui⁹ vel vni⁹ ꝟtutis quinetiā circa ea que sunt ad finē alterius virtutis simul habeat. Et hoc ideo est: q: qcq̄d prudentiā syllogizat aut cōsiliat circa materiā vni⁹ ꝟtutis aut circa materiā tēperātie hoc est pp̄ter bonū rōnis vt si cōcludat φ tēperate comedēdū sit pp̄ter sanitatē corpis aut pp̄ter aliq̄d aliud ꝛ nō pp̄ter bonū rōnis nō est act⁹ prudētie aut virtutis. bonū aūt rōnis est silr in mā alteri⁹ ꝟtutis ꝛ iō p prudētiā non pōt qs se hr̄e bñ circa materiā vni⁹ ꝟtutis nisi etiā bñ. se habeat circa materiā alterius ꝟtutis. Contra ex pncipio practico sumpto ex fine vni⁹ virtutis vt tēperātie sufficienter pōt practice syllogizari ꝛ cōcludi illud qđ est ad finē tēperātie: sed principiū sumptū ex fine tempe-rātie nō est pncipiū ad cōcludendum illud qđ est ordinatū ad fi-

nem fortitudinis. igr̄ pncipiū pticulatū circa materiā vni⁹ ꝟtut꞉ nō dependet a pncipio pticulato alteri⁹ nec ex pncipio sumpto cir ea finē vni⁹ ꝟtut꞉ pt argui aliqd circa mām alteri⁹ ꝟtutis. Ex hoc arguit̄ ꝓpositū pncipale: q꞉ si ex pncipio practico ex fine tꝑerātie pt recte sillogizari ꝯsiliari de his q̄ sunt ad finē tꝑerātie ex tali actu frequēter elicito pt gnari prudētia dirigēs in actib⁹ tꝑerātie q꞉ null⁹ act⁹ ē act⁹ prudētie cū igit̄ pncipiū sumptū ex fine tꝑerātie nō sit pncipiū ex q̄ pōt recte sillogizari circa ea q̄ sunt ad finē fortitudīs sequit̄ ꝙ pt acqri prudētia pfecta dirigēs circa agibilia tꝑerātie absq꞉ hoc ꝙ acqrat̄ prudētia dirigēs obiectū fortitudinis: ꝛ p ꝯńs tot op꞉ ponere prudentias quot virtutes morales. Dicit̄ ꝙ ex fine tꝑerantie inquātū pt꞉ rōnē boni ſm rōnē sumit̄ pncipiū ad cōcludēdū ea q̄ sunt ad finē temperātie ꝛ q꞉ bonū ſm rōnē inuenit̄ in fine alteri⁹ ꝟtutis iō nō pōt q̄s exercere se in acqrendo prudentiā circa vnā ꝟtutem nisi circa oēs se exerceat anteq̄ habeat pfectā prudentiam. Cōtra aut̄ itelligit̄ ꝙ rō boni ſm rōnem sit formalis ratio obiectiua cuiuslibet ꝟtut꞉ moralis ꝛ finis ꝟtut꞉ moralis: aut ꝙ ꝟtutes morales habeant ꝓpria obiecta formalr̄ distīcta q̄ tñ cōueniāt in cōi rōne boni ſm rōnē. Si primo modo tūc sequit̄ ꝙ nō sit nisi vna ꝟt⁹ moralis formalr̄ eo ꝙ tñ vnā rōnem formalē obiectiuā hñt. si aūt pter cōem rōnem boni ſm rōnē habeāt ꝓpria obiecta distincta formalr̄ ſm suas rōnes formales obiectiuas: tūc sequit̄ ꝓpositum ꝙ principiū sumptū ex fine vnius virtutis nō est mediū ad cōcludēdū ea q̄ sunt ordinata ad finē alteri⁹ ꝟtut꞉. ¶Preterea habitus prudētie nō est augmētabilis in infinitū. igit̄ cū prudētia augmētat̄ ex actibus dictandi ꝛ dirigendi circa ea q̄ sunt ad finē temperātie: totiens actus hmōi elicit ꝙ prudentia sit in termino suo. igr̄ ꝛc. ¶Contra rōnē tertiā positionis arguit̄ sub eadē rōne sub qua prudentia dictat de agibili sub eadē rōne ꝟtus moralis iclinat in illō si igit̄ prudētia dirigit circa oīa opabilia vt hñt attributionē ad finē vnū vltimū vt ad felicitatē virtutes morales eodē modo iclinabūt ī sua obiecta vt attributionē hñt ad vnū finez igr̄ si prudētia habeat suā vnitatē ex pma attributiōe inquātū s. oīa agibilia hñt attributionē ad vnū finem. ergo simr̄ ꝟtutes morales dicent̄ vna ꝟtus spē pp eādem vnitatē attributiōis inquātū s. fines ꝟtutū moraliū hñt attributionē ad vltimū finē moralē. ¶Cōfirmat̄ ista rō quia in itellectu tñ vna fides ponit̄: q꞉ lꝫ sit respcū oīm credibiliū tpalium tñ ꝓpter vnā rōnē q̄ ē de illis respectu pmi credibilis ad qō aliā attributionē hñt simr̄ in volūtate ē tñ vna charitas: q꞉ lꝫ sit de diuersis diligibilib⁹ hoc tñ est ne ordinent̄ ad primū diligile ergo similiter si ꝟtutes morales inclināt appetitū in diuersa agibilia bonaꝝ hūanoꝝ vt ordinant̄ ad vnū pncipiū agibibile siue ad vltimū finē moralē sequit̄ ꝙ sit tñ vna virtus moralis. qō falsum est igr̄ virtus moralis absolute iclinat̄ in vnū bonū agibile absolute nō formalr̄ sub vlteriori respcū igit̄ simlr̄ prudētia diriget circa ta-

lia agibilia absolute non p̄ rōnē formalē alicuius respectus: ꝛ p ꝯ̄ñs prudētia habebit diuersa obiecta formaliter siue attributiōe ad aliqd vnum ꝛ ita erūt plures prudētie. ¶ Ad primū istoꝝ dr̄ ꝙ lȝ prudentia sit tm̄ vna ſm ſpēȝ ꝑpter vnitateȝ illi⁹ attributiōis nō tñ erit tm̄ vna virtus moralis ex eadē attributiōe: qꝛ aliō est ꝙ formalr̄ ꝛ necessario diuersificat virtutes morales eo ꝙ sunt i diuersis potētijs vt irascibili ꝯcupiscibili simil'r qꝛ ꝟtutes morales auferūt diuersas difficultates potētie respectu diuersoꝝ actuū ꝛ hō opȝ ꝙ distinguant̄ spē sicut ꝛ ille difficultates ꝛ act⁹ ꝑ̄ntes ꝛ nō sic est ex ꝑte prudētie: ꝛ ideo sufficit vna prudentia specie. ¶ Contra certuȝ est ꝙ q̄uis virtutes morales ponant in diuersis potentijs partis appetitiue sensitiue ista tñ diuersitas potētiaꝝ non facit formalr̄ diuersitatē habituū moraliū sicut nec vnitas potētie vnitatem habitus. Vñ si sola diuersitas potentie ſ ȝ genus arguit diuersitatē habituū nūq̄ tñ formaliter ꝛ cāliter diuersitas potētiaꝝ arguit diuersitatē habituū qꝛ materia est ꝑpter formā ꝛ nō forma
2. de aia ꝑpter materiā ex scdo de anima Vñ materia hȝ diuersificari ꝑpt formā: ꝛ nō ecōuerso sicut ibideȝ pȝ. ¶ Item ꝙ dicūt de amotione difficultatis potētie respcū actuū non vr̄ valere ad causandū diuersitatem virtutum: qꝛ ista amotio difficultatis est ꝯ̄ñs virtutē moralem prius em̄ virtus hȝ esse anteq̄ faciliter potentiā amouēdo difficultatē. Itē facilitas nō est de rōne formali virtutis. Tū: qꝛ ē cōis virtuti morali ꝛ scie vtraq̄ ei facilitat potētiā amouēdo difficul

tatē respcū act⁹ tū qꝛ hoc nō apparet in diffinitione ꝟtutis q̄ est ꝙ sit habit⁹ electiuus determiatus recta rōne. ¶ Preterea ad ꝓpositum arguit̄ sic ab eodeȝ a q̄ ꝟtus hȝ suā entitatē formalr̄ ab eodem hȝ suā vnitatē ſȝ cū ꝟtus sit habitus electiuus determinatus recta rōne habebit ꝟtus suā entitatē formalr̄ ex determiatōe rōnis. ergo ꝛ vnitatē formalē habebit ex determinatione recte rōnis. ¶ Cum igit̄ determiatio recte rōnis sit a prudentia: sequit̄ ꝙ ꝟtus moralis habebit suā veritatem ex prudētia siue ex respectu ad determinationē prudētie igr̄ si sit tm̄ vna prudentia ſȝ spēȝ est tm̄ vna virtus moralis ſm spēȝ. ¶ Cōfirmat̄ istō q̄uis ꝟtus materialr̄ sit qdam qualitas anime formalr̄: tñ virtus moralis respectum dicit. s. ad determinationeȝ rōnis recte q̄ est a prudētia sicut 7. phi.
pȝ ex diffinitiōe eius. Et iō dicit phs. 7. physi. ꝙ in habitibus virtutis non est alteratio nec mot⁹ virtus igr̄ moralis formalr̄ respectū dicit ad prudentiā sed ipore est ꝙ ad eundem terminū specie sint diuerse relationes differentes specie. ergo virtutes morales non erūt diuerse specie si prudentia non sit diuersa specie. ¶ Preterea sub eadē rōne formali sub qua appetitus iclinat̄ ꝑ virtutes morales ad eligendū itellectus ꝑ prudentiā dirigit in eligendo ꝛ i idem formaliter in quod virtus inclinat prudentia dirigit: qꝛ si prudentia non in idem formaliter dirigit in quod totus inclinat nunq̄ ex directiōe prudētie sequeret̄ recta electio ſm ꝟtuteȝ cū prudētia dirigat in aliqd ꝛ dictet de aliquo ſm vnā rōnē: et vir

tus inclinat in idē fm aliā rōnē sicut igr virtutes] iclināt appetitū in diuersa obiecta formaliter ita opʒ q prudētia sit circa eadem vt sunt obiecta diuersa formalr et nō fm aliquā rōnē vnā igr sicut in appetitu sunt diuersi habitus virtutū ppter diuersitatē obiectorū in q̄ inclinat:in opʒ in intellectu ponere diuersos habit⁹ prudētie corrñdenter ppter diuersitatē formalē eorūdē obiectoꝝ q̄ dirigūt. Itē si in intellectu sufficiat ponere vnā prudētiā dirigētē ⁊ regulantē circa oia opabilia quare in volūtate nō sufficit vna virtus ad inclinandū in ea cū ab vna regl'a regulāte ñ sit nisi vna regl'atio passiua formal'. ¶ Preterea actus gñatiui habit⁹ diuersi fm spēm sunt diuersoꝝ habituū fm spēm:act⁹ prudētie circa obiectū tēperātie ⁊ circa obiectū fortitudinis sunt diuersi fm spetiē. igr prudētia dirigēs i actib⁹ prudētie erit alia spē a prudētia dirigēte i actib⁹ fortitudis maior pbat' p hoc q̄ ipol'e est q due cāe fm spēm diuerse: sint cāe prime p se vn⁹ effect⁹ fm spēm. g cum act⁹ sint p se gñatiui habit⁹ ipol'e est q diuersi act⁹: fm spēm sint cā vni⁹ habit⁹ fʒ spēʒ. minor pbat' p hoc q respcū obiectorum diversoꝝ fm spēm sunt diuersi act⁹ fm spēm:ſʒ finis siue obʒ tēperantie ⁊ fortitudis sunt diuersa fm spēm. g act⁹ prudētie dirigēs circa obiectū vni⁹ ⁊ alterius it diuersus spē. Et ad clariorez intell'm illi⁹ minoris est sciendū fm istos q prudētia nō est habitus primi principij sumpti ab vltimo siue morali:ſʒ forte fm hāc opinionez hoc eēt dicendū ita q virtual'r ptineret directionē circa alia posteriora:ſʒ fʒ eos est habitus pclonis practice pcluse ex principijs practicis eo q prudētia est habit⁹ pciliatiu⁹ fm phm q̄ idu dit discursum. Fiat. g sillogism⁹ practicus fm actū prudētie circa actū vel materiā tēperātie sic honeste est viuendū:ſʒ honesta vita hri nō pt sine castitate. g caste est viuendū ⁊ vlteri⁹ ex ista pclone accepta p principio vlteri⁹ pt argui q caste est viuēdū nō pōt q̄s caste viuere nisi moderando passiōes. ergo passiones sunt moderāde ⁊ sic de alijs. Fiat ēt sillogismus i materia fortitudinis ⁊ sic vbi gr̄a:rē publicā sollicite ⁊ cuz oī virtute custodire opʒ. hoc aūt nō pōt fieri nisi aggrediēdo ⁊ bellādo. ergo p republica bellāduʒ est ⁊ mors aggrediēda est. Prudētia igit' ē habit⁹ vni⁹ pclonis ⁊ alteri⁹:ſʒ act⁹ directiui ⁊ psiliatiui respcū ista ⁊ cōcl'onū sunt diuersi spē. qđ pʒ q: sūt circa obiecta formal'r diuersa spē. ergo habit⁹ cōcl'onū sunt diuersi spē. Principia em̄ ex q̄bus pcedūt sunt diuersa spē. Et vt videat' meli⁹ ista rō pōt aliq̄s statiʒ dicere q sicut arguit' q prudētia isti⁹ pclusionis passiones sunt moderāde est alia spē a prudētia isti⁹ pclusionis bellū p republica est aggrediēdū:q: principia ex q̄bus pcedūt sunt diuersa spē. Ita pōt argui q prudētia de ista pclone caste est viuendū ⁊ de ista pclone iuste est viuenduʒ sint eadē fm spēm:q: principiuʒ ex quo pcedūt est idē. s. illud honeste est viuendū. Sed nota q lʒ illud principiū sit idē vtrobiq̄ tñ mediū qđ est minor variat': q: ex vna pte subijcit' qđ nō pōt q̄s honeste viuere sine castitate. Et ex alia pte qđ non pōt quis: pfecte

vel honeste viuere sine iustitia: et ideo sicut iustū et castū spē differunt ita actus prudētie directiuus et ɔciliatiuus circa vnū et circa aliud respcū ɔclōnū quaꝝ est prudētia sunt diuersi spē: et p ɔñs prudentia q̄ cātur ex istis actibus erit diuersa et diuersa spē. Sed dī hic qꝫ diuersi act⁹ fm spēm nō sunt diuersoꝝ habituū fm spēm gñatiui: sꝫ pñt eē gñatiui eiusdē habitus fm spēm qm̄ intellectiōes albi et nigri sunt diuerse intellectiones fm spēm sicut obiecta sunt diuersa fm spēm: et tñ habit⁹ scie
9. me. de albo et nigro est vn⁹ fm spēm qꝛ eadē est scia ɔ̄rioꝝ et potentia rōnalis vꝫ ad opposita ex. 9. me. Ad ɔ̄bonē dī qd̄ due cāe diuerse fm spēm pñt eē vnius effect⁹: qꝛ ille cāe in agēdo hñt diuersa obiecta spē. Cōtra p̄dicta arguit̄ minor: pbat̄ sic. ola indiuidua eiusdē spēi pñt produci ab vna cā tñ fm spēm sicut qcūqꝫ calor p̄t pduci ab vno agente fm spēꝫ. ois igit̄ effect⁹ vnus fm spēꝫ pducit̄ ab vna cā fꝫ spēm pximā igitur ipossibile est qd̄ due cāe prime et p se diuerse fm speciem sint vni⁹ effectus fm spēm. ¶ Preterea effectus eēntialr̄ depēdet a sua cā fꝫ impōle est qd̄ aliqd̄ p se essentialr̄ depēdeat ab aliquo inferiori quo nō cānte nihil minus fit aut nihil minus hꝫ esse: sꝫ si duo act⁹ diuersi fm spēm sunt gñatiui vni⁹ habit⁹ prudētie nō exñte vno actu nihil min⁹ prudētia hꝫ eē ex alio actu silr̄ non exñte alio actu nihil min⁹ prudētia hꝫ esse ex isto actu. ergo neuter ē p se cā actus. ¶ Preterea si act⁹ sit p se gñatiuus habit⁹ relinqt suā similitudinē i passo. ḡ si duo act⁹ fm spēꝫ diuersi gñant vnū habitū fꝫ spēꝫ vn⁹ habit⁹ fm spēm erit duo fm spēm. Si dī hꝫ qd̄ non sequit̄ nisi qd̄ vn⁹ habit⁹ hēat diuersos gradus fm spēm qd̄ nō est inconueniēs sicut sensitiuū vegetatiuū et intellectiuū sunt diuersi gradus fm spēm in vna forma ita qd̄ per vnū actū gñatur vn⁹ gradus in habitu: et p aliū actū alteri⁹ spēi gñatur alius gradus fm spēm. ¶ Cōtra istos q̄ tenēt istā viā arguit̄ sic fm gradus habit⁹: ē ola simplex nec ē ibi additio grad⁹ ad gradū nisi tñ fm rōnē. igit̄ p aliū actū nō gñatur ali⁹ gradus spē. ¶ Preterea primo rō stat: qꝛ aut p scdm aliqd̄ pducit̄ aut nihil. Si nihil. ḡ habitus nō auget̄ Si aliqd̄ et alteri⁹ spēi a priori. ergo habitus ille ɔtinebit in se eēntias duaꝝ specieꝝ: et ita non erit vna essentia fm spēm nec vꝫ exēplū de intellectiuo sensitiuo et vegetatiuo qꝛ: nō sunt diuerse essentie in eadē forma: sꝫ tñ differunt i forma fm v̄tutē et virtualr̄. Sꝫ ēt qd̄ adducit̄ p opināte qd̄ scia albi et nigri est vn⁹ habit⁹ spē dicendū qd̄ nō vꝫ. nā cuiuscūqꝫ conclusionis in qua ostenditur passio diuersa fꝫ spēm de subiecto diuerso fm spēm a subiecto et passione alteri⁹ ɔclusionis est alius habitus spē. vñ tñ est vn⁹ habit⁹ in virtute alicui⁹ principij aut cōnexione alia. Alr̄ dī ad rōnē prioꝛ qd̄ act⁹ respcū pductionis habit⁹ est cā equiuoca: qꝛ act⁹ et habit⁹ nō sunt eiusdē spēi spālissime: qꝛ tūc actus eēt habit⁹ nunc. aūt nō est incōueniēs qd̄ vni⁹ effectus spē sint due cāe differentes: spē nō agētes mō vniuoco: sꝫ equiuoco: sicut mulus gñatur ab asino et equa differentib⁹ spē. ¶ Cōtra quicūqꝫ habit⁹. hñs termini

sue augmētationis si augmētat̃ ex aliquo actu potest augmentari vsq̃ ad terminū suū ex actibus eiusdē spēi cū priori actu: q̄ quã rōne augmētat̃ ex vno actu augmentari potest ex alio actu eiusdē spēi: ⁊ tñ illi actus eiusdē spēi pñt sibi inuicē succedere in infinitū vel augmētabit̃ ille hitus ĩ infinitū vel p̱ frequētationē istorū actuū tandē deueniet ad terminū. igit̃ prudētia si augmētat̃ ex actu circa obiectū fortitudīs tēperantie ⁊ ex actu circa obiectum q̄ sunt diuersarū specierū poterit ex solis actib⁹ circa obiectū tēperātie augmētari vsq̃ ad terminū suū. ⁊ p̱ ɔ̄ñs prudētia dirigēs circa obiectū tēperātie p̱fecte acquiri pōt sine actib⁹ elicitis circa obiectū fortitudinis: ⁊ ita p̄t eē prudētia dirigēs circa act⁹ tēperantie lȝ nō sit aliq̄ dirigēs circa act⁹ fortitudinis: ⁊ p̱ ɔ̄ñs cuilibet virtuti morali corr̄ndet sua prudentia ⁊ hr̃ ꝓpositū. Vñ mirabile est q̄ dicūt cū aliq̄s prudenter possit agere circa act⁹ fortitudinis ⁊ dictare s̄ȝ rōnē rectā q̄ ꝓpter rēpublicā bellū sit aggrediendū: ⁊ tñ seq̄ passiōes delectatiōis ⁊ eē epicurus. Alr̃ d̄r q̄ dirigere circa obiectū tēperātie ⁊ fortitudīs: sunt actus prudētie ⁊ eiusdem spēi q̄ sunt circa ista obiecta vt hñt vnā rōnē formalē obiectiuā vt rōnē boni hūani: ⁊ hoc sufficit ad hoc q̄ sint vni⁹ spēi. ⁊ sic visio albi et nigri est eiusdem spēi q̄ visio est eorum sub rōne coloris. Et q̄ sit verū hoc ꝓbat̃. Nā sub eadē rōne sub q̄ potētia respicit obiectū act⁹ tēdit in illud: q̄ potētia non vnit̃ obiecto nisi p̱ actū: s̄ȝ primū obiectū ⁊ formale potētie visiue est color. ergo actus videndi non est rō albi ⁊ nigri nisi inq̄ntū sunt colorata. g̃ visio respicit albū ⁊ nigrū sub rōne formali. ergo sunt vni⁹ spēi ille visiōes cū habeant vnā rōnē formalē obiectiuā. Cōtra. adhuc rō stat q̄ ꝓbat̃ q̄ act⁹ dictādi circa diuersa obiecta virtutū sunt alteri⁹ spēi q̄ sunt obiectorū p̱ se ⁊ primo differentium spē sicut ⁊ virtutes alr̃ nō sub eadē rōne dictaret prudētia de illo ad qd̄ inclinat virtus. ¶ Preterea albedo inq̄ntum albedo immutat visum. ergo albedo sub rōne albedinis vr̃ nō tm̃ sub rōne coloris vñ cū color sit genus ⁊ non dicat aliud q̄ vnā formā realē: illud antē qd̄ est principiū immutādi visum: op̄ȝ q̄ dicat vnā aliā formā nō vr̃ q̄ color sit rō imutādi nisi vt hȝ esse in aliqua forma specifica. Itē metaphysica ē vn⁹ habitus s̄m spēm: ⁊ tñ ei⁹ sunt diuersi actus s̄m spēm vt cōsiderare substātiam ⁊ ɔsiderare accñs. Qd̄ si dicat̃ q̄ non cōsiderat hoc nec illud nisi sub rōne entis. tūc sua cōsideratio imperfectissima erit ⁊ imperfectissimā cognitionē faceret. Etiam determinat de substātia vt distinguit̃ ab accidēte. Ad illud qd̄ adducit̃ de visiōe albi ⁊ nigri d̄r q̄ lȝ videant̃ sub colore vt sub ꝓprio obiecto tñ p̱ se videant̃: ⁊ iō visiōes sunt per se specie differentes. ¶ Cōtra. tunc eadē rōne est dicendū de habitu prudētie q̄ lȝ ipsa hēat ꝓ obiectiua rōe formali rōnē boni humani: tñ q̄ p̱ se dirigit circa obiectū tēperantie et circa obiectū fortitudinis que differunt specie: erit alia prudētia specie. ¶ Preterea arguit̃ ad principale sic: sicut ars se hȝ ad factibilia. sic prudentia ad agibilia: q̄ ars est recta rō fa

etibiliū:ſʒ reſpectu omniū facti-biliū nō eſt vn⁹ habit⁹ artis ꝑm ſpēm:ſʒ diuerſus ſpecie ſicut habit⁹ nauis factiue nō eſt eiuſdē ſpeciei cum habitu artis domus factiue.ergo ſimilr̄ reſpectu oīm agibiliū non erit vna prudentia ſpē.¶Preterea ſicut principiū ſe hʒ in ſpeculabilibus ita finis in opabilibus.ſʒ in ſpeculabilibus ali⁹ eſt habit⁹ ꝑm ſpēm de pnci-pio ⁊ ꝯcluſione.ergo ſilr̄ in operabilibus et agibilib⁹ alius erit hītus ꝑm ſpeciē de fine et de his que ſunt ad finē:vt ſi alia ſit prudētia circa finē ⁊ alia de his que ſunt ad finē vt ꝯſtituat finē ꝑm vnā prudētiā et ꝑm aliā dirigat virtutes in finem preſtitutum.

Collatio. II.

Utrū voluntas poſſit amouere itell'm habituatū ab vno dictamine ad aliō dictamē? Uidet ꝙ ſic.q: illa potētia q̄ ꝑm act⁹ ſuos ſubijcit iperio volūtatis pōt ex imperio voluntatis mutari de vno actu ad aliū actū ſʒ intell's ⁊ alie potētie aīales oīno ꝑm act⁹ ſuos ſubſunt iperio volūtatis.ẜ ex iperio volūtatis p̄t itell's ⁊ alie potētie amoueri de vno actu ad aliū ⁊ p ꝯñs volūtas pōt auertere intellectū a cōſideratiōe vni⁹ obiecti ad cōſiderādū de alio obiecto Maior pʒ de ſe.minor ꝓbat per Anſel.de cōceptu virginali.c.4. vbi loquēs in pſona aliarū potētiarū a volūtate dicit deus nos ⁊ ptātem que in nobis eſt ſubijcit volūtati vt ad imperiū eius non poſſimus nō mouere nos ⁊ facere qō vult inquo illa mouet nos ſicut inſtrumēta ſua et facit opa que videmur facere nec nos poſſumus illi per nos reſiſtere nec opera que facit phi nō fieri dñe quā nobis deus dedit nec debemus nec poſſumus nō obedire. hec ille ex quo pʒ ꝙ potētie infe riores mouentur ab vno actu ad aliū ex imperio volūtatis.⁊ mul to magis per ꝯñs ipe intellectus qui eſt magis annexus volūtati habet ei obedire vt ad imperiū eius transferat ab vno actu dicē di vel intelligēdi ad aliū. Sed ꝯ arguit q: ꝑm Aug.inuiſa dilige re poſſumus incognita nequaq̄ volūtas ergo nō poteſt velle niſi prius cognitū ab intellr̄u:ſʒ intel lectus dū actualr̄ conſiderat vnū obiectū nō intelligit q̄dcūq̄ obiectū.ergo intellm̄ cōſiderantem vnū obiectū nō pōt volūtas ꝯuer tere ad intelligēdū q̄dcūq̄ aliud obiectū.ergo.nec ad intelligēdū aliud cū illud ſimul nō itelligat. Dicit ad hoc qō ſufficit cognitio alicuius obiecti in vl'i ad hoc qō volūtas poſſit velle itell'm diſtincte ꝯſiderare illud ⁊ intell's dum conſiderat vnū obiectū hʒ cognitionē alteri⁹ obiecti in vl'i. Contra ſimul duratione dū volūtas eſt in actu ſuo intellectus eſt in actu ſuo:⁊ prius natura intell's eſt in actu ſuo q̄ voluntas ſit in actu ſuo:q: prius natura eſt aliq̄d cognitū q̄ volitū alr̄ incogni tū poſſet diligi:et hoc arguit ſic. in illo inſtanti in quo volū.. auertit intell'm ab vna itellectio ne ad aliā quero q̄d intell's itelli git ⁊ quā intellectionē hʒ aut intellectionem illius obiecti a qua auertit aut intellectionē iſti⁹ obiecti ad quā ꝯuertit. Non primā tū q: tūc illa itellectui nō ineſt cū

Anſ.de ꝯcc.virgi.c.4.

intellectus sit auersus ab illa in-
tellectione in istāti p̄ cōclusionē
nō istā ad quā ɔuertit̄ q: illa na-
turalr̄ sequit̄ actū volūtatis per
quā intellect⁹ ɔuertit̄ ad istā in-
tellectionē cū naturaliter p̄cidat
effectū ⁊ iō naturalr̄ act⁹ volūta-
tis quo ɔuertit intellm̄ ad intelli
gendū aliud naturalr̄ p̄cedit cō-
uersionē intell's ⁊ aliā intellectio
nē ad aliud obiectū intelligēdū.
¶ Preterea si cognitio alicui⁹ in
vl'i sufficiat volūtati ad volendū
idē distīcte ⁊ determinate: tūc vo
lūtas posset intellm̄ ɔuertere ad
intelligēdū aliqđ obm̄ qđ nunq̄
pri⁹ ītellexit cui⁹ spēs nō ē in itel
lectu nec in phantasmate: nec qđ
pri⁹ fuit phātasiatū: ⁊ tūc oporte
ret volūtatē facere spēm illi⁹ obi
in phātasia in itell'u vel ī vtroq̄.
ɔn̄a p3: q: illud obm̄ cuius spēs
nūq̄ fuit in itell'u nec in phātas
mate pōt eē cognitū ab itell'u in
vl'i sicut obm̄ illud cuius spēs h3
in itell'u et in phātasmate. si igit̄
habita cognitiōe alicui⁹ obiecti
in vl'i volūtas possit cōuertere in
tellectū ad illđ ītelligēdū: sequit̄
qđ pri⁹ .f. q̄ volūtas possit facere
intellm̄ intelligere cui⁹ spēm nō
h3 nec in se nec ī phātasmate qđ
est ipoīe. ¶ Preterea si ad hoc q̄
volūtas possit cōuertere intellm̄
cōsiderantē naturā lapidis ad cō
siderādū de asino sufficiat cogni
tio de asino ī vl'i q̄n cognoscit la-
pidē distincte: tūc quero; an ista
cognitio de asino ī vl'i sit alia co-
gnitio de cognitiōe distīcta quā
h3 de lapide aut nō sit alia s3 ea-
dē realr̄ p̄ncipiū nō pōt eē verū:
q: tūc duo actus ītelligēdi simul
essent in intell'u: ⁊ p̄ ɔn̄s duo acci
dentia q̄ nō dr̄ erūt spē. Tum q:
tūc sequeret̄ q̄ ad hoc q̄ volūtas
possit cōuertere intellm̄ ad cōsi-
derationē alterius obi q̄ illi⁹ q̄
considerat req̄rat̄ q̄ intell's h̄eat
duos actus ītelligēdi simul cui⁹
oppositū expimur. Si vero dicat̄
q̄ illa cognitio ɔfusa de asino nō
sit alia cognitio nec alius actus
cognoscēdi q̄ cognitio distincta
de lapide cū actus intelligēdi la-
pidis nō ducat in cognitionē asi
ni vel alteri⁹ disperati sequit̄ q̄
volūtas pōt ɔuertere intellm̄ ad
aliqđ obm̄ cognoscendū qđ sim-
plr̄ nō cognoscit aliquo actu ītel
ligēdi: ⁊ tūc sequit̄ idē qđ pri⁹ q̄
volūtas pōt velle considerationē
obiecti oīno īcogniti. ¶ Preterea
volūtas pōt auertere intellectū a
consideratione vnius obiecti ad
considerandū aliud obm̄ oīno et
p̄mo diuersum cū quo nō ɔuenit
nisi tm̄ in intētione entis sicut a
cōsideratiōe sube ad cōsiderādū
de accn̄te: si igit̄ req̄rit̄ cognitio
cōfusa illi⁹ obiecti in intell'u ad
cui⁹ distinctā intellectionē volū-
tas cōuertit intellm̄. sequit̄ q̄ co
gnitio cōfusa de aliquo inquātū
ens sufficit ad volēdū illđ distin-
cte p̄ volūtatē qđ est falsum: tunc
em̄ volūtas posset velle q̄dcunq̄
incognitū habita app̄h̄ēsione en
tis qđ primo occurrit intellectui
cuiuscūq̄. ¶ Ad primū istoꝝ dr̄
q̄ l3 itell's distincte nō possit plu
ra intelligere: tn̄ potest ītelligere
vnū in cōparatiōe ad aliud vt la-
pidē in cōparatiōe ad asinū ⁊ hec
cognitio sufficit p̄cedēs volūtatē.
Unde qū intell's stat ī tali cogni
tione cōparatiua duoꝝ volūtas
pōt auertere intellectū a cōsidera
tione vnius vt absolute ɔsideret
aliud dimittēdo primū cōsidera-
tum. Per hoc p3 ad formā rōnis
q̄ in illo instāti in quo voluntas

auertit intellectū a ꝯsideratione vnius obiecti ꝯsiderat illud in cōparatiōe ad aliud obm. ¶ Contra. si in illo instāti i quo intell's auertit a ꝯsideratiōe vnius obi: adhuc cōsideret illud obm quā nis in cōparatiōe ad aliud nūq̄ auerteret ab illo obiecto p impe riū voluntatis ⁊ habet ꝓpositū. ꝓbatio ꝯñtie. sit obiectū a cuius cōsideratiōe auertit. a. et obiectū ad cuius cognitionē cōuertit. b. tūc arguit in eodē instāti in quo est auersio intell's ab intellectio ne ipsi⁹. a. est ꝯuersio intellectus ad intellectionē ipsius. b. sicut in eodē instāti est generatio ⁊ corru ptio. si igit intellect⁹ cōsideret. a. in illo instāti i quo auertit ab. a. igit qñ cōuertit ad intellectionē b. nō auertit ab intellectione. a. igitur nūq̄ auertet ab ei⁹ intelle ctone: q2 nūq̄ auertit ab. a. nisi p conuersionē ad aliud intelligi bile nisi ponat oino intell'm non intelligere cui⁹ oppositū suppo nitur. ¶ Preterea si talis cogni tio cōparatiua vnius obiecti ad aliud reqrat ad hoc q̄ voluntas auertat intellectū a cōsideratiōe ad cōsiderationē alterius tunc se quit q̄ volūtas nō pōt auertere intell'm ꝯsideratione vnius obie cti: nisi intell's prius cōparet illō obm ad aliud. ⁊ tūc sequit q̄ vo lūtas non pōt cōuertere intell'm ad cōsiderationē cuiuscūq̄ alte rius obiecti indifferēter cui⁹ spēs et hītū h3 qđ experimur esse falsum nā volūtas pōt auertere intell'm cōsiderantē lapidē ad intelligen dum asinū vel equū vel qđcūq̄ aliud obiectū cui⁹ spēs hr̄ in me moria cū tn̄ intellect⁹ non simul cōparet lapidē ad qđlibet aliud obiectū cui⁹ spēs reponit in me moria. ¶ Preterea vr̄ statim esse falsum q̄ volūtas nō possit auerte re intellectū a cōsideratiōe vni⁹ obiecti nisi intellect⁹ ille illō cō paret aliō obiectū post itellectio nē eñ rōne pōt intell's itelligere pascha: l3 non prius cōparet pa scha ad romā q̄ minime ꝯparari pñt: vñ vr̄ talis cognitio cōpara tiua duoꝝ necessario precedere actiōe volūtatis q̄ vult vnū post aliud. ¶ Ad primū istoꝝ dr̄ q̄ q2 intelligim⁹ ⁊ volum⁹ cū cōtinuo tpe. iō nō ē dare vltimū instās in quo vltimo intelligit. a. sicut ob3 p'lo cognitū sicut nec ē dare vlti mū instās i quo al iqđ ē albū qñ aliqđ mouet de albo ad nō albū iuxta determinationē phi. 8. phy si. ⁊ iō in toto tpe p̄cedēti vltimū instās. a. in ꝯparatione ad. b. ⁊ in vltimo instāti intelligit. b. i quo etia3 instāti tūc primo nō intelli git. a. ⁊ i quo etiam instāti auerti tur ab. a. ⁊ cōuertit ad. b. q2 idē ē instās vtriusq3. s. ꝯuersiōis ⁊ auer sionis. S3 tūc stat argumētū pri mū: q2 quero qđ in instāti cōuer siōis intelligit intell's. si dicatur ipm. b. ad qđ ꝯuertit p imperiu3 volūtatis. ¶ Contra. simul dura tiōe currūt act⁹ volūtatis ⁊ actus intell's p'ri⁹ tn̄ fm naturā ē act⁹ intell's in intellectu q̄s actus volū tatis in volūtate: s3 ꝯuersio ad in tellectionē ipsi⁹. b. sequit fm na turā actū volūtatis in eodē instā ti tpis cū volūtas p imperiū suū sit cā ꝯuersiōis intell's ad intell gendū in illo instāti: nec pōt dici q̄ tūc intelligit ipm. a. q2 iam po nitur q̄ intell's auersus ē a ꝯside ratiōe ipsius. a. ¶ Confirmat rō. agēs inducēs formā in aliē agit in vltimo instanti in quo iducit forma. aliter eñ induceretur for

8. phy sicoꝝ.

ma et nullo agēte: vñ generans qđ intēse agit alterādo in vltimo instante agit formā substātialē inducēs: aliter enī. forma substātialis in instāti illo induceret̄ a nullo. si igit̄ p actū volūtatis cōuertat̄ intell's ad intellectionem alicuius obiecti i vltimo instāti in quo intell's ꝯuersus ē ad illud intelligēdū tūc volūtas operabit̄ p actū suū imperādi: ꝯ per ꝯñs actus volūtatis in illo instāti naturalr̄ p̄cedet actus intell's qđ est impossibile: ꝯ sic non vr̄ ꝙ per actū volūtatis intell's possit cōuerti ab vno obiecto ad intelligendum aliud obm. ¶ Preterea ad principalez rōnem arguit̄ sic alia a volūtate sunt sufficiens cā agens p modū nature cuiuscūqꝫ intellectiōis: igit̄ ad ꝓductionez naturalis intellectiōis voluntas nō agit p imperiū suum: ꝯ p ꝯñs intell's pōt intelligere quodcūqꝫ obiectū absqꝫ hoc qđ cōuertatur ad intellectionē illius p actū volūtatis effectiue. Antecedens pꝫ qꝛ sufficiens cā cuiscūqꝫ intellectionis ē intell's agēs ꝯ intellect⁹ possibilis ꝯ obiectuꝫ imprimens sicut pꝫ in prima intellectiōe intellectus vbi volūtas nō ꝯcurrit nec aliquid aliud preter illa ꝯ illa agente p modū nature: sicut etiā pꝫ in prima intellectiōe respectu cuius nō est in ptāte intell's non intelligere si obiectū sit p̄ns. igit̄ alia a volūtate sunt sufficiens cā intellectiōis p modū nature agētis: ergo volūtas nō ꝯuenit vt cā ad actū intellectus: ista ꝯñtia pꝫ: qꝛ si intellectio sufficienter ꝓducat̄ ab alijs a volūtate. ergo ſm totū eē suū causatū est ab illis. Si igit̄ volūtas p actionē suā ageret ad ꝓductionē illius sequeret̄ ꝙ effectus bis ꝓduceret̄ qđ est impossibile vel pōt hec rō fieri sub forma syllogistica sic. Illud qđ est extra totā causalitatē alicui⁹ effectus nihil operat̄ ad ꝓductionē illius effectus: sꝫ volūtas ē extra totam rōnez totius causalitatis cuiuscūqꝫ intellectioni ꝯ: qꝛ cuiuscūqꝫ intellectiōis sufficiens cā ꝯ totalis est intell's agēs cū intellectu possibili ꝯ obiecto siue specie impressa: igit̄ volūtas nō operat̄ ad aliquā intell's intellectionē: ꝯ per ꝯñs ꝙ intelligat vnū obiectū post aliud nō est p actū voluntatis. quo ꝯuertit intellectū ad illd̄ intelligendū. ¶ Sed hic d̄r ꝙ aliquid agere ad ꝓductiōez alicui⁹ effectus ē dupl'r vel mediate vel imediate ꝯ quadā actiōe preuia: nihil aūt imediate causat actum intelligēdi: nisi itell's possibilis ꝯ obiectū ꝯ intell's agēs q̄ directe cōcurrūt ad intellectionē. Uerū tñ volūtas ꝯcurrit sua actiōe preuia respectu scđe intellectiōis: sꝫ nō respcū prime: qꝛ voluntas sua actiōe auertit intellm̄ a cōsiderationē vnius obi ꝯ ꝯuertit ipm̄ ad cōsiderandū aliud obiectū: ꝯ iō volūtas nō causat actus intelligēdi sicut ꝯcludit rō: sꝫ facit tm̄ ꝙ intell's cōuertit̄ ad aliud ꝯsiderandū: ꝯ tūc intell's cū alijs ꝯcurrētibus ꝓducit actū intelligēdi. ¶ Cōtra. si volūtas nō faciat ad ꝓductionē intellectiōis respectu alteri⁹ obiecti: sꝫ tm̄ auertit a cognitiōe primi obiecti. ergo non erit aliqua cā vel rō quare magis intelligit vnuꝫ obiectū ꝙ aliđ post talē ꝯuersionē nisi qꝛ forte ꝯ quodaꝫ casu sibi occurrit phātasma vnius obiecti ꝯ nō alterius. si enī volūtas nō faceret ad ꝓductiōez scđi actus intelligēdi: cū nō plus

precedat notitia vnius obiecti q̄ alteri' nō plus cōuerteret ad itel lectionē obiecti vni' q̄ alterius. ¶ Preterea ad principale arguit̄ sic volūtas sicut est copulatrix et reparatrix ipsius intell's respectu obiecti intelligibilis: ita ēt ipsius sensus respectu sensibilis. Nunc aūt s̄m Augu. de ciui. c. 8. de ma- gnis. z. 27. de paruis volūtas que cōiungit z copulat sensum in sen tiēdo cū corpore sensibili ipsa nō separat nec disiungit nisi motus corporis a re sensibili auertimus ḡ s̄m Aug. sensum existentē in di rectione ad obiectū nō pōt volun tas auertere ab actu suo nisi quia mouet organū sensus auertendo illud ab obiecto: z sic auertit obm a sensu: cū igit̄ ex pte itellect' nō sit aliqđ tale organū qđ pōt mo- ueri per volūtatē cui' motus se- paret intellectū ab obiecto intel- ligibili nō pōt facere vt obiectum nō sit pñs intellectui: sequit̄ vt vr̄ q̄ voluntas nō possit auertere in tellectū a suo obiecto intelligibili sicut nec visum a visibili nisi mo- ueret organum visus auertendo ipm ab obiecto. ¶ Preterea potē tia vegetatiua radicatur in eadē essentia aīe cum potētia sensitiua z intellectiua: z sicut potentia ve- getatiua naturaliter fert̄ i subie- ctum suū sibi approximatū: ita z potentia sensitiua z intellectiua: quare igitur pōt voluntas magis auertere intellectū vel sensum ab vno actu ad aliuz q̄ potentiā ve getatiuā. Et tu Anselme dic: q̄re deus potentiā vegetatiuam non subiecit imperio voluntatis sicut alias potentia: z hoc vr̄ ↄcludere ↄtra Anselmū. ¶ Preterea arguit̄ q̄ miraculū esset si volūtas auer- teret intellectū a consideratione obiecti sicut si deus impediret q̄ ignis non combureret combusti bile sibi approximatū natū pati: quoniā sicut cōbustibile approxi matum igni naturaliter patitur z ignis naturaliter agit: ita itelle ctus in prima apprehēsione hñs obiectū suuz sibi approximatum natural'r: naturaliter intelligit: nec est in potestate sua nō intelli gere: nunc aūt intellect' nō plus subijcitur imperio voluntatis q̄ ignis imperio diuino: ergo sicut deus non pōt facere nisi p mira- culū q̄ ignis nō comburat com- bustibile sibi approxiatuz: ita vr̄ q̄ volūtas nō possit facere q̄ itel lectus nō intelligat obiectuz sibi approximatū auertendo ipm ab obiecto nisi p miraculum qđ nō est opus. ¶ Uel arguit̄ sic: omne agens naturale hñs passum sibi approximatū s̄m q̄ hoc natū est agere z illud pati necessario agi: z si nō agat hoc erit p miraculū sz intellectus habēs obiectū suū sibi presentatū est agens natura le z natum est ager z etiam pati. ita q̄ nō requirit̄ aliqđ aliud nec ex parte intellect': nec obiecti: q2 s̄m Augustinū nō est in potesta te nostra quin visis tangamur. ḡ intellectus necessario intelliget: ita q̄ si nō intelligat sed auerta- tur: hoc erit per miraculum. Pre- terea s̄m phm. 3. physico. actio et passio sunt idē motus z vna res. Si igit̄ volūtas moueat intell'm ab vna intellectione ad aliā opz vt ille motus sit cōmunis intell- ctui z volūtati: aut ille motus est ipz velle z itelligere: ambo simul aut alterū istoꝝ nō ambo simul: quia intelligere z velle sunt act' realiter differentes: ergo nō sunt eadem res: z per ↄñs non idē mo

Margin notes: Augu. de ci. c. 8. — Ansel. — Aug. — Phs. 3. phy.

tus nec est alterū istoꝝ tñ q: nō intelligere:q: tūc intelligere esset causatū a volūtate etiā in itellectu:⁊ sic actio volūtatis eēt transiens. Si tñ velle ergo motus ille tñ erit in volūtate ⁊ nō in intellectu:⁊ sic intellectus nō moueret ad imperiū volūtatis nec pōt esse aliqd aliud in itellectu q: nec habitus nec species. ¶ Preterea vr ꝙ magis intell'a determinet volūtatē ad certū actū ꝙ ecōuerso volūtas intellectū ad certū actū intelligēdi determinati obiecti.q:
7.phi. ꝑm phm.7. physi.rōne existente vnī cū apprehensione particulari sequit̃ ꝯclo operationis ita ꝙ necesse est volūtatem oꝑari.ergo rō determinat volūtatē ad actū volendi. ¶ Sed q̄cq̄d sit de rōne phi in se sufficit dicere ad ꝓpositū ꝙ minor ꝑticularis nō stat:q: p volūtatē auertimur ad aliud. ¶ Preterea.si voluntas possit auertere intellectū a ꝯsideratiōe vni⁹ obiecti ad ꝯsiderādū aliud hoc nō est nisi ex libertate sua: q: ex hoc est aliq̄d liberū q: est indifferens ad
Com. opposita ⁊ ꝯtradictoria s₃ ꝑ₃ Cō.
3.phy. 3.phy.ols potentia q̄ est respectu oppositoꝝ est passiua. Un̄ ꝑm ip₃ ibidē nulla potētia actiua est indifferēs ad ꝯdictoria.ergo ex hoc ꝙ volūtas est libera ipsa est passiua:⁊ per ꝯns nō mouebit intellectum ab vna intellectiōe ad aliā.
¶ Respōdetur ꝙ potētia duplex
Poten est essentialis ⁊ accidētalis. potē
tia du tia essentialis ad cōtradictoria et
plex. respectu contradictoriorum est passiua semper.sed nō potentia accidētalis ad contradictoria cuiusmodi est volūtatis ad ꝯdictoria.
¶ Preterea. ista potentia magis subijcit̃ alteri que nō pōt habere suū actum sine illa ꝙ ecōtra: sed volūtas nō potest habere actum suum sine intellectu econtra aūt potest intellectus vt de prima intellectione ptz.ergo ⁊c.

Collatio. III.

Utrū dictamē intellectus sit ꝑmuz principiū actuū respectu electōis. Dicitur ꝙ nō: q: si intellectus p dictamine suū esset principiū effectiuū electōis:seq̄ret ꝙ volūtas nō posset idē velle ⁊ nolle:nec idē eligere ⁊ nō eligere.ꝯns est falsum: q: per hoc tolleret̃ libertas volūtatis.ergo antecedēs est falsum.ꝯña ostēditur: quia si agens necessario agit patiēs necessario patitur. aliter eīn aliq̄d ageret nullo patiēte:⁊ sic actio reciperetur in nihil.sed intellectus necessario quātum est a parte sui assentit principijs practicis ⁊ etiā cōclusioni habēti necessariam cōnexionē cum principio practico: itaꝙ quātum est ex parte sui nō pōt illis nō assentire aut non dictare. si igit̃ hmōi assensu ⁊ dictamen sit per se principium effectiuum electionis in volūtate. seq̄t̃ ꝙ volūtas nō potest illud nō eligere nec nolle: sed tñ necessario eligere ⁊ velle. ¶ Preterea.si dictamen per se esset causa electionis aut igitur vt causa totalis:aut vt causa partialis.vna cū volūtate. Non primo modo: q: tūc electio nullo modo conueniret volūtati vt actus eius qđ est contra philosophum. 6. ethicorum.qui dicit 6.eth.
quod electio est appetitus intellectiuus vel intellectus appetitiu⁹ igitur saltem ad voluntatem pertinet. Et qđ in sexto ethicorum dicit sub

dicit sub distinctione in.3.eiusdē
3.ethi. asserit determinate ꝙ eligibile est volūtariū recōciliatū. Nō igiṫ volūtariū per se:⁊ primo pertinet ad electionē:⁊ per ꝯñs intellectus per dictamē suū nō est tota cā electionis. Nec etiā per se cā partialis ita ꝙ intellect⁹ vt vna cā particularis cum voluntate concurrat ad causandū actū electiōis:q: qñ due cause ꝯcurrūt ad ꝓducēdum vnū effectū opꝫ ꝙ concordent in agendo:ita ꝙ actio vnius nō cōtrarietur altioni alterius: nunc aūt volūtas i eligēdo pōt ꝯtrariari itellectui in dictādo. Aliter eñ volūtas necessario eligeret qđ est dictatū per intellectū: ⁊ sic voluntas posset necessitari ⁊ tollereṫ libertas voluntatis.ergo nullo mō concurrit intell's in dictādo tāq̄ per se cā respectu electionis: sed vel tāq̄ occasio ⁊ causa sine qua nō est electio:q: electio ē cū rōne ⁊ intellectu ex.3.ethico. ¶Sꝫ cōtra
3.ethi. hoc arguiṫ primo ꝙ dictamen intellectus nō sit cā sine qua nō respectu electiōis:⁊ hoc per rōnem prius factam in qōne p̄cedēti:q: suppono ꝙ volūtas per actū volēdi perfectum possit auertere itellectū ab vno actu intelligendi ad aliū respectu illius actus volēdi nō est ponere alium actum intelligēdi vt cā sine qua non: q: non actus intelligendi a quo volūtas auertit intellectū q: ille actus nō est qñ intellect⁹ est auersus ab eo nec actus intelligēdi ad quē conuertiṫ:q: actus ille intelligēdi naturaliter sequitur actū volēdi per quē intellect⁹ ad scđm actū est cōuersus.⁊ cā sine qua nō alicuius effectus semꝑ precedit effectū s̄m naturā.ḡ act⁹ intelligēdi nō pōt esse cā sine qua non respectu act⁹

volēdi:⁊ ita nec respectu electionis si electio poniṫ actus volūtatis. Preterea.scđo ꝓbatur ꝙ volūtas nō sit tota cā respectu electionis ⁊ itellect⁹ tm̄ cā sine qua nō: sed per se causa quia causa finalis ⁊ formalis cā seqṫ fieri rei posita cā agēte tota ⁊ sufficiēti ⁊ causa materiali approximatis ꝓut hoc natū est agere ⁊ illud pati necessario poniṫ effect⁹ si sit cā naturalr̄ agēs vel pōt poni effectus si sit cā libere agēs:aliter: eñ eēt ponere quintā cām:vñ tūc cessat cā sine qua nō:nā cā sine qua nō vel reducitur ad approximationē passi vel remouēdū ꝓhibēs sicut diuellēs colūnam est cā sine qua nō motus grauis suppositi: si igiṫ voluntas sit totalis cā electiōis ⁊ sufficiēs ⁊ etiā ipsa est cā materialis ⁊ susceptiua electiōis vt certū ē ⁊ ipsa sufficiēter approximata sibiꝑsi: sequiṫ ꝙ exclusō illo actu intell's ⁊ etiā obiecto eligibili volūtas posset eligere: qđ falsum ē.ḡ opꝫ ꝙ dictamē intell's vel obiectū hñs esse in dictamine intellect⁹ sit per se cā cū volūtate respectu electionis.¶Dicitur ad hāc rōneꝫ ꝙ sicut in actiōe trāseūte ad extra requiritur approximatio passi in qđ agat: ita etiam in actione imanēte in agēte requiriṫ ꝯñsio obiecti. Tuꝫ q: nullū agēs creatū agere pōt nisi pñte obo:et lꝫ actio volūtatis aut itellect⁹ realiter sit manēs in agēte:signatur tm̄ vt trāsiens in obiectū ita ꝙ q̄tuꝫ est ex ꝑte sui nata esset trāsire in obiectū nisi rō agētis ⁊ natura eius impediret. Tū q: sicut agēs actione trāseūte requirit approximationē passi ad determinādū agēs si sit agēs equiuocū vt solita etiā volūtas cū sit equiuocum

Cōtra scdo de ci. dicit august. ꝙ ois relatio creature ad deū est accidēs. Item de tri. c. 5. oē qd nō sm substātiā dr restat vt sm accns dicat. ¶ Ad qōnem dr ꝙ relatio creature ad deum realiter differt ab essentia creature qd pbat p auctoritatē beati August. li. tri. c. 7. 7. 2. omnis essentia q̄ relatiue dr est aliquid excepta relatione. Et ibidē c. 8. omnis essentia que nō est ad se sm accidēs dicit. Item per rōnem sic. quādocunqꝫ aliqua duo sic se habēt ꝙ vnū potest manere quocunqꝫ casu posito possibili et non possibili alio non manēte illud nō est idem realiter cum eo sed posito casu possibili vel non possibili ꝙ deus non esset adhuc essentia creature posset esse. sed independens q: a quo dependet ponit non esse. ergo eius essentia 7 eius dependentia non sunt eadem res. Item si lapis essentialr dependet ad deum ergo includit formaliter duas formalitates: ergo 7 duas realitates: q: formalitates diuerse accipiunt a diuersis rebus 7 qua rōne duas 7 infinitas: ergo est impossibilis.

Ad primū argumētū dicit ꝙ maior est falsa: q: relatiōis realitas non est realitas fundamenti nisi materialiter: sed non formaliter: sicut actio et passio sunt diuersa pdicamēta realiter: 7 tamen sunt idē realiter in motu in quo fundantur. Ad probationem dicit ꝙ nō est incōueniens quin ad rem de genere relationis possit esse mutatio. ¶ Ad secūdum dicitur ꝙ accidens nō est sua dependētia nisi denominatiue: sed nō formaliter nisi loquendo de relatione que sm illud quod est dependet formaliter.

Cōtra solutionē questionis quo aliqd distinguitur ab alio est idem realiter cum illo. Exemplum de differētia que distinguit vnū ab alio quia idem est principiū essendi 7 distinguendi sed quecūqꝫ essentia creata est essentialiter dependens: ergo probatio minoris: q: quecunqꝫ alia essentia ab essentia diuina non est ipsum esse: sed illud cui conuenit esse participatum: tale est dependentia: ergo essentialiter dependēs ergo. Itē quod non potest esse nec intelligi sine alio videt esse idem realiter 7 essentialiter cū illo: sed essentia creature nō posse esse sine de-

pendentia eius ad deum:ergo ꝓbatio minoris creatura non potest esse nisi effectus dei sit: effectus essentialiter includit relationem ad deum: vt ad causam:relatio includit depēdentiam nec potest intelligi sine alio extremo quia vt sic:aut vt essentia determinata:aut vt idifferēs si vt idifferēs tm̄:igit̄/distincta nō pōt intelligi sine depēdentia:sed vt determinata:ergo intelliget relationē eius ad deum: q: posita essentia creature et deo statim ex natura extremorum necessario oritur relatio inter illa.

Cōtra respōsionem ad primum argumētum si sit idem materialiter:ergo idē realiter quod est propositum.

Contra scdm̄ est phs.5.& 7. physicorum. ꝙ in ad aliquid non est motus & nota rationem eius ibi.

Contra tertium argumētum sic accidentia non sunt entia nisi quia sunt entis.7.meta.ergo eorum essentia est eorum dependentia:& cuȝ non minus dependeat creatura ad deum ꝙ̄ accidēs ad substātiā essentia creature non est ens nisi quia depēdet ad deum. ¶Ad primū dicitur quod distinguit pōt esse aliquid illius generis cū qd distinguit & de natura sua intrinseca sic maior est vera vt patet de differentia essentiali que distinguit rē intrinsece: & sic est minor falsa:quia relatio nō distinguit. primo tanꝙ̄ intrinsecum rei:sed sicut secūdarium & accidens rei. ¶Ad scdm̄ dicit̄ ꝙ consequentia non valet si non potest intelligi nec esse sine alio.ergo est de essentia eius intrinsece. Exemplum vita hominis non potest intelligi nec potest esse sine proportiōe humorum adinuicem: & tamen illa proportio est accidens homini de genere relationis ita hic. Ad probationem dico ꝙ nō pōt creatura intelligi nisi sit effectus dei vel naturaliter vel aptitudinaliter:sed istud nomen effectus includit duplicem conceptum in omnibus excepta relatiōe quia formaliter dicit conceptum relationis ad causam: & naturaliter siue denominatiue includit oēm conceptum illius in quo fundatur quod formaliter nō refertur & cum vlterius infers ꝙ posita essentia creature. & deo statim arguitur relatio & dependentia ex parte creature verum est aptitudinaliter vel fundamētaliter vel denominatiue:sed non formaliter inquantum est creatura dicit cōceptum duplicem. Et cū vltra dicis:si per essentiam distinguitur:ergo non distincta cōcedo ꝙ per essentiam suam quecūꝙ creatura distinguitur & primo a deo & a quocūꝙ alio: sed secundario per accidens & cōmuniter per relationem. Ad aliud dico ꝙ in ad aliquid est mutatio.quere Marcum & Uaron. Ad aliud dico ꝙ accidentia sunt entia:quia entis verū est effectiue:quia ab aliquo efficiūtur & causantur ad hoc qd sint essentia.cum hoc tamen stat ꝙ sint entia in se formaliter alia a substantia.

Contra relatio si sit alia realitas a realitate fūdamēti: ergo illa realitas aut erit formal'r alia habitudo: aut aliqd aliud p̄ter habitudinē. si sit aliud ab habitudine est absolutum qd est impossibile:q:

diuidētia ens sunt: impossibilia ens ad se & ad aliud sunt talia: ergo est indifferēs & indistincta ꝓm se ad oēm habitudinē hāc & illā: & per ꝯñs genus relationis non hꝫ ppriū distinctiuū in gñe suo. Jllud nihil vꝫ: q: dico ꝙ quiditatiue ē alia realitas a realitate fundamēti: ergo indifferens: falsum est: quia ois relo creature ad deū fundat̄ sup tertiū modum relatiuoꝝ q: sup rōnē mēsure & mēsurati vel sup pⁱmū & scdm & determinate & distincte habitudines & maxime relatio existens in alio cum sit accidens maxime erit distincta: q: existit in distincto sicut albedo lꝫ per se sit indifferens vt existat in aliquo supposito semꝑ est necessario determinata.

Cōtra Augu. 5. de tri. c. 5. docēs naturā accidentis dicit ꝙ nō solet dici accidens nisi ꝙ aliqua mutatione accidētis amitti pōt. tūc arguo sic. illud qd nō est amissibile non est accidēs. sed aliqua relatio nulla mutatione accidētis amitti pōt ergo nō est accidēs. probatio minoris. impossibile est intelligere essentiā lapis amittere rōnē exēplari ad intellectum diuinum vt exēplar. rō exēplari dicit relonē: ergo nō est accidēs. Jtē si sit aliud a sua relone: ergo illa relo q̄ refertur habebit aliā relonē qua referetur: & illa aliam & sic erit processus in infinitum. q: ꝓm Aug. Augu. 7. de tri. c. 5. 7. de tri. c. 5. omne qd relatiue dr est aliquid excepto illo qd relatiue dr. Jtem tunc essentia lapidis necessario depēdet ad deū & quelibet alia res relatiue hꝫ q̄tuor terminos: q: essentia creature absolute est depēdētia ad deum. & similiter relo pert e vt quedaꝫ res alia depēdet ad deum: ergo includit alios terminos: ergo quatuor termini duo reales in creatura: duo ꝓm rōnem ex parte dei.

Ad primum dicit̄ ꝙ Augu. distinguit ibi duplex accidēs. s. separabile & inseparabile. separabile pōt amitti non inseparabile. Ad minorē cū dicis ꝙ relo nulla mutatione amitti pōt: manente subiecto denolatiue relo: sed non essentialr. ergo nō est accidēs. nō sequitur: sed est fallacia ꝯñtis ab aliquo hñte plures causas veritatis ad vnā nō eīn sequitur nulla mutatione amitti pōt: ergo non est accñs: q: accñs inseꝑabile nō pōt amitti: & tñ est accidēs.

Cōtra si hoc est verum qd ꝓm substātiā dicit̄ ꝓm accidēs dr: ꝯñs est falsum. pbatio ꝯsequētie. nihil destruitur destructo subiecto qd nō est essentiale subiecto. ergo si subiecto destructo destruatur relatio: vel ecōuerso destructa relone necessario destruitur subiectum. sequitur ꝙ vnum est de essentia alterius. Ad hoc dr ꝙ peccat ꝓm fallaciā ꝯsequētis: q: & si dicat Aug. ꝙ omne accñs est mutabile: nō tñ dicit ꝙ oē mutabile sit accidēs: sed ē ꝯñs ab inferiori ad supiꝰ affirmādo.

Cōtra August. pbat hanc passionē. s. esse accidēs de subiecto: ꝑ hoc mediū qd est esse mutabile. lꝫ ego arguo eodē mō: q: est accidēs: igit̄ mutabile: & non ecōuerso. ¶ Ad hoc dicit̄ ꝙ mutabile non est medium: sed quia de se est mutabile. igitur qd non est mutabile nō est accidens non vꝫ pro accidēte inseparabili. ¶ Ad secundum dico ꝙ essentia creature nullā dependētiam di=

erit formaliter circūscripta relatio ne ad deum: sed formaliter refert per relationem & denominatiue ex se: q2 denominatur relatione que est formalis dependentia ad deū & cū diciś ergo relatione habebit aliā relationē qua formaliter refert. nego ꝯñam: q2 relatio seipsa tm̄ refert ad deum et ibi erit status: nec erunt duo termini ex pte subiecti: nisi materialiter vel denominatiue tm̄: sed formaliter termini erunt ex parte illius qua refertur formaliter & correlatiuū eius. Item illa relatione non refert aliqd formaliter & primo q̄ circunscripta refert nihilominus: s3 circūscripta oī dependētia & relatione creature manente creatura non minus ipsa ex se intrinsece dependet ad deum ergo relatio creature ad deum ei⁹: dependētia erit ei⁹ essentia. Item ideo vnū nō dependet ex alio totaliter: q2 est aliquid ƀm qđ non refert ad aliud. ergo ꝑ oppositum cum creatura dependeat formaliter ad deum & totaliter eius dependentia erit eius essentia. Itē ens diuidiť ꝑ creatū & increatum sufficienter. ergo omne quod nō est creatū est increatū: q2 diuidentia prima euacuant totā naturā diuisi: sed essentia creature ꝑ se est extremū creationis. ğ est creatura. ergo includit formaliter respectum. ergo &c. Item quādocū ꝗ aliquid predicatur de aliquo primo & ꝑ se: & passione eius predicantur de eodem per se secundo mō si igiť predicatur de lapide & omnes passiones eius predicantur de eo tam conuertibiles ꝗ̄ distincte: ergo sicut lapis: est essentialr̄ bonus vel vnus sic creatū vel increatū. ¶ Ad primam rationem dz ꝗ minor est falsa: q2 circūscripta omni relōne eentie absolute ad deum non refert ipsa essentia in potentia: nec pōt fieri circūscriptio nisi in itellectu tm̄ & non in re: q2 simul sunt realiter & eius dependentia. Exemplum positis duobus albis: statim ex natura extremorum oriť relatio similitudinis: et tñ posset natura: vtriusꝗ albi intelligi et esse per potentiā dei sine relōne actuali sitūdinis: & in sitūdo est posterior naturalr̄ natura extremoꝝ: q2 est effectus eoꝝ: nec tñ pōt intelligi nec eē sine relōne: sitūdinis aptitudinali. ꝑ quācunꝗ credo potentiā nisi deus: mutaret alboꝝ naturā: & tūc nō essent alba: q2 ex natura rei sunt apta nata vt sint totalis cā sitūdinis. ¶ Ad scđm dz ꝗ creatura nō depēdet totalr̄ ad deū nisi mālīter & subiectiue loquēdo de creatura q̄ eentialr̄ includit duos cōceptus acceptos a duab⁹ rebus: cuiusmodi sunt oīa predicamēta & res oīm predicamētoꝝ excepta sola relōne: q2 res cuiuslibet generis includit & essentiā absolute sumptā & creationem & sic formalr̄ nō depēdet ad deū nisi per relationem. ¶ Ad tertiū dico ꝗ quelibet res est creata nō tanꝗ res: vna includens formaliter dependentiam ad deū: sed oīs res excepta relōne dz creata tāꝗ due res includentes dependentiā ad deū formaliter per relationem & subiectiue vel denominatiue per ꝓpriam essentiam absolutam: que nata est naturaliter & formaliter referri per relationem.

¶ Rationes propositione nō valent contra opinionem oppositā & ideo respondeo ad illas. ¶ Ad

primam dicitur ad maiorem q tale impossibile nõ dz poni q includit 2dictionẽ ex rõne intrinseca illi⁹ de quo ponit̃ ita dicerent ipsi q est in pposito: qꝛ posito q de⁹ nõ esset ponit̃ positio impossibilis ꝛ includẽs 2dictionem illi respectu cuius ponit̃ nã itrinsece ipa est essentia essentialis dependentia ad deũ ꝛ iõ posito q deus non esset ponit̃ ẽt ex hoc 2sñter q creature essentia non sit: qꝛ essentialr̃ est dependentia quedã ad deũ: ꝛ iõ ponit̃ incõpossibile. Ad aliud 2ceditur q eadẽ res includit mltas formalitates. igit̃ realitates. nego 2ñtiã: qꝛ in multis eadẽ res hz multas formalitates acceptas sub eadẽ re diuersimode significãtes illã rem: sicut oĩa attributa sunt eadẽ realr̃ ꝛ differunt formalr̃: ꝛ eadẽ res in creaturis est ens ꝛ vna ꝛ bona: et sic de alijs. ꝛ eadẽ albedo est albedo ꝛ color. Unde est fallacia consequentis ab aliquo hñte plures: cãs veritatis ad vnã. Cũ vlterius dr̃ q cõtinet duas igit̃ infinitas. Non vz qꝛ nõ est res in quocũqꝫ genere ꝛ in rerone quin 2tineat multas realitates. s. hecceytatem ꝛ naturã speciei. ꝛ sili mltas formalitates hecceytatis ꝛ nãe cõis. ꝛ tñ hic nõ cõtinet infinitas quia nulla talis est que sit vel 2tineat naturas vel res infinitas nisi illa sola que est: ifinita talis est de⁹ tantum.

Co. XXXVI

Eru: vestigium sit ratitudo Qꝺ sic q̃dlibet preter primũ cõponit̃ ex qꝺ est ꝛ quo est: vel ex eẽn ꝛ esse: vel ex aliquiditate vl' ratitudine: sz essentia rei est vestigiũ in re sicut eẽ in eo qꝺ est ꝛ sic. ratitudo in aliquiditate ergo vestigium est ratitudo.

Cõtra hoc arguit̃ q vestigiũ non sit ratitudo ꝛ q ratitudo nõ sit in aliquiditate. Probatio: qꝛ illa aliqditas aut est opinabile ꝛ tũc cũ tale sit ficticiũ: ꝛ nihil ratitudo fundat̃ in nihilo a ficticio: aut aliquitas est res q̃ditatiua: ꝛ cũ oĩs talis sit res rata sequit̃ q ratitudo fundat̃ in ratitudine: ꝛ ita idem in se: ꝛ sic erit pcessus in infinitũ Itẽ aut aliquitas est positiuum absolutũ: ꝛ cũ omne tale sit exemplatum ꝛ nõ sit ficticiũ ꝛ esse exẽplatũ est ratũ. ergo ratitudo fundat̃ in rato: ꝛ ita fundat̃ vestigiũ in vestigio: aut respectiuum ꝛ tũc fundat̃ in nihilo: qꝺ est inconueniẽs: aut est dare aliqꝺ aliud in q̃ fundatur. Item aut illa aliquitas determinat sibi esse: ita vt esse clauditur in sua intentione: tũc ꝛ semper esset ꝛ esset deus: aut determinat in intentione sua non esse ꝛ tunc nõ põt fieri: aut est indifferens ad esse ꝛ nõ esse: sz omne tale est absolutũ: ꝛ p 2ñs exemplatũ: qꝛ nõ ficticiũ. ergo vt pri⁹. Item q respectus ratibilis non sit ratitudo rei: qꝛ oĩs res est actiua sua ratitudie: nlla res est actiua sua rerone ex. 5. physicorum. Itẽ q ratitudo nõ sit tñ respect⁹ ad deũ. Probatio. Tum: qꝛ plus differrẽt psone diuine inter se q̃ deus ꝛ creatura: qꝛ tñ per respectũ differũt rõnis ex vna pte. ꝛ realiter ex alia: sz psone diuine differũt per respectus reales ex vtraqꝫ. Item que differunt formaliter sunt alia ꝛ alia formalitas: sz absolutum ꝛ respectiuum differunt

formaliter.ergo sunt alia et alia formalitas:sȝ ratitudo ē formalitas absoluta qꝛ formalitas rei absolute est absoluta.ergo ratitudo:sed relatio non est formaliter ratitudo absoluta.ergo ratitudo nō:est tm̄ relatio.Itē philosophus.4.meta.reducit dicētes oia apparentia esse vera ad hoc inconueniens ꝙ oia sunt ad aliquid:sed oia esse ad aliq̄d denominatiue non est incōueniēs cū oia sint vel causa vel causatū ergo est incōueniēs ꝙ oia sunt ad aliq̄d essentialr.ergo respect⁹ nō est illud quo res sunt rate: sicut ponit positio prima. ¶ Ad qōnē dico:ꝙ vestigiū nō est impressio derelicta ex transitu gradiantis cōformis sibi ex ea parte qua tāgit in gradiēdo:sed ante mundi creationē intell'e ⁊ volūtas ferebat sup mundū creandū ex illo velle ⁊ intell'u sequit in tpe mūdus cōformis illi velle et intelligere:iō mundus est vestigiū dei. Illud ptȝ.22.de ciui.dei.c.9.Secūdo dicendū est de differētia inter imaginē vmbram et vestigiū et silitudinē:ad cuius intellectū sciendū est ꝙ oia ista important relationē et respectū sed silitudo nō importat causalitatē:sed vestigium importat causalitatem ꝑm Aug.83.q.q.64.Umbra hȝ ꝯfusam cōformitatē ad corpus inter positū.cōfusam dico:qꝛ videntes vmbrā scimus corpus interpositum inter solē ⁊ vmbrā:sed nesci mus cuius figure qꝛ qn̄ꝗ corpus rotundū facit aliam figurā in vmbra.imago representat rē nō ꝑm genus nec spēm tm̄:sȝ ꝑm indiuiduum et ꝑm lineamēta:ꝙ scilicet longa sit lata ⁊c.vestigiū repn̄tat rem medio modo.perfectius em̄ vmbra et imperfectius imagine:qꝛ non representat rem ꝑm indiuiduū:nec tm̄ ꝑm genus sed ꝑm speciē: vel ꝑm indiuiduū vagum:sic vidētes vestigiū cerui scimus ꝙ trāsiuit ceruus:sed nescimus inde iste vel iste.Sed angelus vel aia q̄tum ad potētias vel actus importat ordinem vel distinctionem formalē in eadem essentia:ideo est imago dei.vestigiū representat deū vt est cā efficiēs formalis,et finalis q̄ appropriatur psonis:tm̄ non tm̄ representat deū vt vnū nec ꝑm ꝓprietates psonales sȝ ꝑm appropriata psonis.s.potentiā bonitatē sapientiā siue ꝑm triplicē cālitatē.

Phs. 4. metaphy.

Cōtra ista arguit de differentia vestigij et imaginis.Contingit em̄ aial trāsiens nō hr̄e nisi vnū indiuiduū speciei:⁊ tunc est spēs tota in indiuiduo illo.et tunc vestigium qḋ est similitudo ꝑm speciem erit similitudo ꝑm indiuiduum.Item in deo nō est distinguere genus nec species nec indiuiduū.ergo non est dare vestigium dei: si representat ꝑm genus vel speciem. ideo assignat cām accidentalem vestigij.Ideo est alia differētia ꝙ vestigium differt ab imagine:qꝛ representat partem q̄titatiuam imago totum.non autē ꝙ vestigium repn̄tat vniuersale ⁊ imago particulare.ideo qḋ derelinquitur ex transitu partis simile parti est imago totius vestigij.qꝛ representat totum animal ratione partis.

Ad primū istorū dico ꝙ scientia est tantum de vniuersalibus ꝑm Aristo. et significat subiectum essentiale scientie non acciden-

tale: nec est hic dicendū cū sciētia pōt esse de aliquo cū quo cōuertunt ꝓpositiones de vli ⁊ de individuo vt de deo vel de sole: tñ vle est subiectū in sciētia essentialiter. Vñ. 7. met. Si aliq̄ sciētia ē de vno vt de deo vel de sole est de deo ac si essent mille dij: pꝫ ꝓm cōmē. 6. ethi. iō sciētia ē de eo vt de vli ac si essent plures lꝫ sit singulare: sic tñ cōuertit spēs cū individuo ꝙ repñtat individuū in vli: ac si mille individua essent i illa spē. Ad aliud in deo nō ē genus nec spēs. Vñ ꝓm eos distinctio ꝑsonaꝝ assimilat magis individua li distinctiōi ꝙ̄ specifice: tñ relationes differūt quasi spē. Vñ ꝓut cōueniūt in eēntia vt vno: eēntia ē q̄si spēs: iō aliq̄d ē in illa repñtās ꝑsonas quātum ad ꝓꝓria: aliq̄d quātū ad appropriata: q꞉ ꝑsone differūt tñ ꝯueniūt in aliquo. Ad positionē istoꝝ dicūt falsuꝫ si enim sigillū imprimeret cere delebit: ita ꝙ nihil derelinquet de sculptura ⁊ colatura: sꝫ de quātitate est vmbra si colatura et totū quo distinguit ab illo sigillo derelinquat nō eēt imago sꝫ vestigiū: sic hic derelictū ex pede nō ē imago pedis nisi distiguat pedē ab alio eiusdē spēi. De alio dico ꝙ res cōponit ex aliquiditate ⁊ ratitudie et res rōnis ex aliquiditate solū nō ratitudine. Vñ ꝑ aliquiditatē intelligo qd ē ꝑ ratitudinē illud quo existens in aliquo: ⁊ hꝫ essentiam ⁊ oē extra sicut lapidē eē est qd est eius: ⁊ existētia est quo est: eēntia etiā lapidis distinguit in quo est ⁊ qd est. igit essentia qd: ē et esse existēs quo esse: et sic accipiēdo essentiā est aliquitas pure potētialis q̄ nō hꝫ aliquā formalitatē: sꝫ est oino informis de illa aliquiditate q̄ informis est respectu omniū superuenientiū: loquor sicut phi loquunt de materia vt in potētia ad oēs formas. Unde materia sic est in potētia ꝙ si ois forma tollat materia est tantū in aīa: nec tñ forma aduenit rei in aīa qñ aduenit materie: sic aliq̄tas de se nō est intelligibilis: nec est ens: tñ ratitudo prima aduenies ei: aduenit enti qua ē ens: ⁊ nō enti sicut patuit de materia. Exēplū aliud: quātitas nō est in substātia nō quāta: tñ substātia ante omnē quātitatē ē nō quāta de se: tamē quātitas aduenit rei quāte ⁊ nō rei nō quāte. Vñ ꝑ eē intelligo eē vel rei vel rōnis: aliq̄tas qd ē sicut hō hūanitate ē hō. Si querat quo hūanitas ē: dicā ꝙ esse est. Et ꝓm Boetiū esse ꝓter primū hꝫ quo est: ⁊ qd est: que nō sunt idē. Vñ Cōmentator hō est ꝑ esse: esse aliq̄d humanitate. ꝙ.

¶ Ostēdo ꝙ in omni itelligibili circa primū respectus positiuus ad deū intelligit vt de primo intellectu eius. Itē Cōmētator est alia forma q̄ nō mutuat hoc nomen est: et ē alia forma q̄ ab alio mutuat hoc nomē ē: et sequit de illis ꝙ ē in ordine ad suū principiū: ideo cū esse intelligibile positiuū primo intelligit eē: et esse est respectiuū. ꝙ ⁊c. Item Aug. 6. de tri. c. 4. qñ intelligit hoc bonum simul intelligit illud cuius ꝑticipatiōe est bonū. sꝫ intelligēdo lapidē intelligit hoc bonū. ꝙ simul intelligit bonū ipm nō vt aliq̄d ei⁹. ꝙ vt hoc refert ad aliud. Iteꝫ Diony. de di. no. Itē. 6. physi. nō pōt intelligi aliquid hñs causas nisi extrinsece cause cognoscant vt pars. ꝙ vt terminās respectū. 6. phy sico.

Itē Cōmen. 7. met. circa princi-

pitu3. Itē illud quo distinguitur ens a nō ente: et hoc positiue est de primo eius intellectu inq̄tu3 est: s3 illud quo ens distinguit̄ a nō ente est esse: s3 illud esse est re spectiuu3. Probatio. q2 illud esse vel est ipm eē a se: vel ab alio eē: diuisio pt3 p Aui. 1. meta. esse ab alio est cui ↄuenit esse: ab alio di cit respectū: negek ipsa minor: q2 respect⁹ non est primū quo aliqd distinguit̄ a deo. Intelligēdo em̄ deū absolute: et lapidē absolute nō intelligendo sub ratiōe cause vel causati vel non ab alio vel ab alio: erunt duo distincta licet for te ab alio sit primo notum.

Cōtra nullus ↄceptus ꝓ prius creature est simpl'r simplex: ⁊ prim⁹ ↄceptus quē habeo est ens. ḡ intelligit̄ in cōi ↄceptu priori: conceptus crea ture ꝓprius est posterior ↄceptu entis: q2 ens est cōe deo ⁊ creatu re quē hic habemus: nō est igit̄ simpl'r simplex: q2 includit ens: ⁊ ↄceptū exprimētē deū: s3 differē tia inter ↄceptū cōpositū de deo ⁊ creatura: q2 cōpositioni in cōce ptu ꝓprio de deo: nō corr̄ndet cō positio in re ex esse ⁊ nō eē de esse et hoc includit̄ in ꝓprio cōceptu lapidis. ḡ si in primo cōceptu en tis nō a se intelligit̄ ab alio. ergo hoc est ⁊ non esse a se est ab alio. Dicitur non sequitur vltra ↄn̄a.

Cōtra ista negatio nō eē a se dependet ab alia priori affirmatiue in quā re ducit̄: nō ab esse: q2 tūc omne esse esset esse nō a se. qđ est falsum: q2 deus nō est nō esse a se: s3 est eē a se: relinquit̄ q dependet ab esse ab alio: tale includit respectū ⁊c. Item in intellectu intelligit̄ esse per se ipm: ḡ in intellectu creatu re intelligit̄ oppositū. s. nō per se participatio: ita q sicut deus di stinguit̄ a quolibet alio p esse a se ipsum: sicut nō deus primo di stinguitur p oppositum. s. esse ab alio sicut esse participatū: q2 non per se siue ab alio opponitur ei quod est per se: ⁊ participatio op ponitur ei quod est ipsum.

Confirmat q prime differen tie sunt opposite ⁊ includunt̄ in primo intellectu differentiū. Itē sapiētia predicatur cōiter de deo ⁊ creatura: quo igit̄ primo diffe runt sapiētia creata a deo: non p sapientiā: q2 illa cōis analogice: ergo p aliam rem q̄ est de suo in tellectu qua distinguitur a deo: puta q2 est qualitas accidētalis: ḡ cum accidētalis includit respe ctus ⁊ prior ⁊ essentialior est cui⁹ respectus vel depēdētia ad deu3 sc3 esse a primo vel ab alio q̄3 ad subiectū ⁊ esse in alio. Item posi tiuus quesiuit cū ab esse in loco ↄsurgat p̄dicamentū ⁊ ab esse in tēpore sit: quare ab esse in subie cto: non ↄsurgit p̄dicamentū. II. Dicit supplicius q aliqui respe ctus nō sunt de intellectu eoꝝ in quibus fundant̄: ⁊ alij sunt de in tellectu eoꝝ in quib⁹ fundant̄: et ita essentiales eis ꝑm eū: ⁊ ita in eodē p̄dicamento est talis respe ctus accidētalis ad subiectum: ḡ ille respectus est de genere quan titatis sicut est respectus ꝑm eū: q2 albedo est in primo mō dicta p aliqd qđ est de primo eius in tellectu: sed analogia accidentis ad deū est intimior ⁊ essentialior accidēti q̄3 analogia eius ad sub iectum: q2 esse in pōt separari ab accidēte: sicut pt3 in sacro: sed nō esse ab: ḡ si illa est de ei⁹ itellectu

multo magis ista. Itē primū in ordine essentiali includit in intellectu cuiuslibet posterioris: sed obiectū esse est primū in ordine essentiali: q2 illud habuit res ab eterno: ergo includit in esse cuiuslibet creati: s3 esse obiectū est relatiuū cū sit i obici & ad aliud esse. Item sicut se h3 cognitio perfecta cause ad cognitionē pfectam causatorum: ita impfecta ad imperfectam: s3 nō hr pfecta cognitio causatorum nisi habita perfecta cognitiōe cause: sicut p3 in visione dei in patria. ergo nec impfecta nisi habita cognitiōe impfecta ipsius cause. ergo &c. Item q nunq inuestigauit diffinitionē iusti nec q est iustū audiēs actionē esse iustam h3 penes se quo iudicet de illa actionē: an illa actio sit iusta: an nō. s. ipm iustū essentialr: qualiter h3 tn ɔceptū vt innatū. ergo impressuz audiēdo hoc iustum. ergo in impssiōe huius iusti includit ipm in eius intellectu. Itē indeterminata sunt priora ordine eēntialr: s3 ipm eē est indeterminatū cum sit indeterminatū negatiue & ens analogū priuatiue tm. Tūc dico q eē est id quo res ē & id quo res est aliqd hoc vel illud ē aliqtas: sicut hō est aliqd hūanitate. s. hō sed nō esse. Un i humanitate nō includit esse: tunc dico q hō hūanitate est hō: ita q humanitas ē aliqtas tm & nuda distincta ab esse: sic aliqtas nullū esse sibi determinat: nec erit in intellu ens Aui. 5. rōnis nec esse ratū. Un aui. 5. meta. meta. eqnitas est tm eqnitas: nec vna nec multe: nec actu nec potentia: nec in intellectu nec extra: iō humanitas vt sit nullo mō est: ens: nec rōnis nec actū: s3 tm determinat sibi cōsignabilitatez: qd. s. sit significabile p nomē: & hoc nō est determinatū sibi qd est intelligibile: est em significare q nō sunt & phr esse: nō aūt est intelligere nisi que sunt vt dicit ibidē. Unde ens prima impressione imprimit in intellectu ɓm Auicē. Unde nihil significat ɔceptus: sit tn non pōt intelligi qd est impossibile.

Cōtra illud oē significabile p nomē est eē aliqd cui possemus nomē impo phs. 7. nere: s3 ɓm phm. 7. met. nō possu meta. mus nomē imponere nisi illi qd intelligimus: si igit aliquitas p te determinat sibi esse significabile ergo & esse intelligibile. Itē qd determinat sibi diffinibilitatē determinat sibi itelligibilitatē: s3 hūanitas determinat sibi vt homini diffinibilitatē. vt genus & dr̃am ergo &c. Itē intells distinguit hūanitatez ab alijs intelligibilibus. ergo eā intelligit quō et loqueremur de ea nisi intelligeremus: nō solū igit qd intelligimus erit intelligibile s3 etiā actu intellectum.

Ad primā istorum imponere nomē est ad placitum. ideo possimus nomē imponere ei quod non cognoscimus nec intelligimus. vt quoddaz intelligibile: s3 ei quod intelligimus esse quoddā significabile. Exēplum nullus intelligit nihil: & tn nihil est significabile: & est intelligibile significabile licet nō sequatur tunc est intelligibile significabile. ergo est intelligibile. Unde quiditas omnino nuda preter esse nihil est nec ens rōnis nec ratum: ideo tm significabile per nomē: & ideo nō est intelligibile: q2 non ens: tamen intelligibile significabile: nō tamē intelligibile.

Ad secundū minor ē falsa hūmanitas. Uñ hūanitas nō ē nisi hūanitas tm̄: nec determinat sibi diffinibilitatē: q: vt sic nec in gñe nec in spē: s3 tm̄ significabile per nomē. Uñ si esset diffinibile ⁊ in genere sitr ⁊ yrocerunt ⁊ similia. ¶ Ad argumēta principalia. Ad primū in oppositū qd itelligit̄ p aliqtatē: dico q aliqtas nō determinat sibi intētionē opinabilis: nec ratitudinis nec rōnis: s3 determinat sibi esse significabile p nomē. Ad scđm dico q aliquitas nec ē aliqd absolutū nec respect⁹ s3 tm̄ aliqtas ⁊ significabile p nomē aliqtas. Aut ē aliqd positiuū aut nō. Dico q positiuū: s3 p illō positiuū nō intelligo nec ens absolutū: nec respectiuū: s3 tm̄ significabile p nomē. Ad tertiū dico q nec includit sibi esse: nec nō esse: s3 tm̄ est significabile per nomē.

Cōtra si nō determinat sibi esse. ergo de se est nihil: sed in nihil nec pōt recipi esse nec ratitudo alia: ergo in eo nō fundatur respectus ad deum nec esse ¶ Rñdeo. significabile p nomen eē nihil: pōt intelligi dupl'r. Uel q significabile qđ est a determinet sibi nō esse ⁊ nihil. ⁊ sic chimera est nō ens ⁊ significabile p nomē qđ determinat sibi sp̄ nō eē. Alio mō. a. est nō ens: ⁊ vel q: nō determinat sibi eē: nō tñ determinat sibi nō eē: s3 possibile esse indifferēs ad esse ⁊ nō esse tale pōt recipere eē ⁊ respectū: aliter creatio erit impossibilis: qđ est contra articulū fidei. Uñ qđ ante creationē fuit pōre obiectiue siue vere nihil tñ determinauit sibi non esse ita semp in intētione sua non intelligitur esse tale potest fieri ⁊ esse.

Contra saltē hō cōponit̄ ex ente ⁊ nō ente nō absolute: s3 ex ente ⁊ non ente de se equiuoce cum entitate posita que esse recipit sicut materia prima ex quo est p se de se nullu3 h3 esse in effectū: s3 tm̄ in aīa: nec tñ sequit̄ q forma recipit̄ in ea vt h3 esse in aīa tm̄. s. in eo qđ p̄misse non h3 eē nisi in aīa tm̄: tamē esse extra p aliquid aliud. s. p eē ipsi⁹ forme. Similiter pt3 de quātitate vt supra: ita ratitudo recipitur in aliqtate rata q̄ de se est nihil: rata tñ ipsa ratitudine nūq̄ tñ recipitur in nō rata: sed in non rata ex se tm̄: ⁊ hoc est necessarium. Cū dr̄ vltra q est exēplatum: fal sum est: nec est eñ fictitiū nec exēplatu3. Ad q̄rtū res rata agit sua ratitudine ⁊c. falsum est. Uñ esse rei nulli enti creato est rō agēdi: hoc est elicitiua actionis inquātum eē aliqtas absoluta formalis sub ratitudine: calore eñ cale facieti causalitate tribuit: nō suo eē: q: tūc nō plus ageret ad calorem q̄ frigus q: eē est indifferēs ⁊ eiusdem rōnis sm̄ Boetiu3 de ebdo. ergo res nō agit ratitudine. i. illo eē quo etiā res rata ē formaliter. Si accipis ratitudinē pro re que rata est: sic ratitudo nō est respectus: sed res absoluta.

Contra tunc non sequit̄ in suo intellectu respectus. Dico nō est forma absoluta nisi per eē ⁊ respectiuuin: tamen respectus non est eius absolutio: sed tamen respectus siue esse est quo res est absoluta. Uñ res agit aliquiditate: non aliquiditate nuda ab ente qđ est nihil sed aliquiditate vt sub esse. Ad aliud creatura minus differret a deo q̄ persone diuine abinui-

cem dico q non sequitor. Unde male imaginat. s. q creatura non sit nisi respectus hoc est falsum: sed dico q omne creatum componitur ex respectu & aliquiditate. Unde creatura est aliquitas absoluta sub respcu tn vt absoluta includit respectum. ideo creatura differt a deo aliquitate absoluta vt lapis lapiditate non includente ad aliud in sua aliquitate. Ad aliud q differunt formaliter nō sunt formalitas vna &c. Dico q ratitudo est formalitas respectiua non absoluta.

Contra aliquitas vt sic. nec est absoluta nec respectiua: ergo non est quo substātia est rata absoluta: & ratitudo. s. respectus non est quo res est absoluta vel rata: g ratitudine nō est substātia absoluta vl' rata. ¶ Rndeo. Sicut materia est ens extra intellectū circūscripta oi forma. forma tn q̄ est disparata a materia q̄ nō ē materia est a formalr materia est materia extra & q̄ hz esse in re extra: q: de se materia nō est extra. Similr substantia de se nō hz partem extra partem. substantia: est quiditas: tamen est quedam forma disparata a substantia sicut respectus ab absoluto quo formaliter substantia habet partes extra partes de genere substātie sic respectus est quo aliquitas est rata et absoluta. Unde si esse differt realiter ab essentia essentia vt nuda ab esse nullū esse habet extra: de se tamen esse reperitur in essentia: quia fm illos esse est primus actus quo essentia est essentia extra sic formalitas respectiua est illud quo aliquitas q̄ de se est absoluta sit absoluta. Ad illud phi dico q illa est falsa creatura est tantum ad aliquid: & non est aliquid preter ad aliquid: tamen est tale per respectum vt per esse. Unde cum in omni creatura est & quo est in oi creatura est aliqd preter ad aliquid &c.

Finis collationum.

Incipit tabula Collationum seu disputationum Scoti.

¶ Expliciūt Disputationes Collationales a Subtilissimo Theo
logorum omnium principe Joanne Duns Scoto ordinis mi-
norum editum: nuperrime ab innumeris erroribus castiga-
tum adiunctisq plurimis additionib' ab eximio docto.
Antonio de Fantis Taruisino: Lugduniq excusum
in edibus Joannis Crespin: sumptu honesti viri
Jacobi.q. Francisci de Giunta ꝛ socij florētini
cuius impulsu atq diligentia ꝛ opus ip-
sum recognitum: ꝛ adnotamenta ad
iecta sunt. Anno salutiferi par-
tus quingentesimo trigesi
mo supra millesimū
pridie Kalēd. Ja
nuarij.
✠

